

& quando hæc denuntiationes fieri debeant, & an omnino remittenda sint vel non, vt constat ex dicto decreto Concil. Trident. sess. 24. cap. 1. de reformatione matrimon. in vers. nisi Ordinarius ipse expedire iudicauerit, &c. ibi, quod illius prudentia & iudicio sancta Synodus reliquit, ius commune etiam idem hoc facit, quemadmodum + scribit Hostiens. in Summa de clandest. de sponsat. num. 2. & col. 4. & Petrus de Palude in 4. sentent. distinct. 28. quest. 2. ar. Ergo recte poterit Ordinarius in prædicta specie iudicare, quod malitiose, & de facto impediti possit hoc matrimonium a parte, idque est maxime verisimile ob magnam inæqualitatem contractum, ob quam parentes maxime solent indignati & filios heredes + facere, vel illis omnia bona auferre, excepta legitima, vt passim legitimus apud doct. in l. nuptias ff. de regul. iur. & Felin. in consil. 26. num. 29. Calcaeus consil. 13. nu. 8. Parisius consil. 29. nu. 3. & 46. lib. 3. & alibi sapissime. Hæc tamen prima difficultas diluitur ex supradictis, cum patri liceat hoc casu ius suum defendere, ac iure possit iustionibus & cohortationibus filium ab huiusmodi proposito dimouere, ac proinde non dicitur malitiose id facere, & quamuis arbitrio Ordinarij sit remissum, quando debeat denuntiationes remittere, vel non, hoc tamen debet esse cum causa, vt in capitulo præcedenti late ostendimus, præcipue illa, quæ a Concilio exprimitur, in vers. vt sit probabilis suspicio, &c. Hic autem nulla est in rei veritate, quinimo aduersus mentem Concilij fieret, si remitterentur, cum, vt est prædictum, Concilium ob hanc rationem, vt patri non noceret, voluit denuntiationes fieri debere. Ergo Ordinarius concedendo prædictam licentiam absque admonitionibus, forte excederet fines suæ potestatis, ita responderit Menoch. d. consil. 69. nu. 62. & sequent.

Secunda + difficultas proponitur ex doctrina Paludani in 4. sentent. distinct. 28. quest. 2. artic. 3. dicens, Episcopum ex rationabili causa posse dispensare, ne hæc denuntiationes fiant, nempe quando est timor, ne oppositum vel peius eius sequatur propter inæqualitatem eorum, qui volunt se habere, aliter fornicabuntur, & parentes si scirent, vel inferiorem interficerent vel potius falsos testes supponerent & sic male impedirent. Si autem scirent ex toto celebratum, ex tunc, quia non est remedium, parentes sustinebunt. Que sane doctrina maxime obesse videtur supradictis. Nihilominus tamen responderi potest, eam procedere ac loqui, vt patet, quando est timor ac probabilis suspicio, quod matrimonium, si tor præcederent denuntiationes, malitiose a parentibus impediretur de facto, ne oppositum vel peius ex eis sequatur (vt inquit Paludanus) nempe, quod si parentes id scirent, inferiorem interficerent, vel falsos testes producerent, & sic male impedirent de facto, quo casu malitiosum impedimentum cum sit, & cum peccato, atque mors aut aliud grauissimum scandalum sequi probabiliter timeatur, ob euitandum hoc maius malum, minus est permitendum, nempe, vt isti contrahant sine denuntiationibus præcedentibus, quia parentes id scientes post contractum matrimonium, cum iam non sit remedium, sustinebunt, & quamuis inde discordia & cætera, quæ supra considerauimus, oriri possint, non tamen est omnino certum, ea oritura aut saltem tantum nociura, quantum damnum sequi possit ob prædictas denuntiationes, si parentes reciderit: Et ideo merito, vt hoc casu Ordinarius dispense atq; licentiam præstet contrahendi matrimonium absque denuntiationibus præcedentibus, ad euitandum maius malum, & hoc est, quod vult & tenet Palud. ubi sup. Hoc autem deficiente, sed itando in terminis prius positus, licet iam erit patri vt iure, dum tamen iustam metam non excedat + atque minis, dolo, vi, falsitate

vel calumniis non vtatur, alias secus; Quare prudenter se habere debet hac in re pater, ne dum honori consulere vult, animæ suæ detrimentum patiarit: Ordinarius igitur, quando pater iuste impedire potest, non + debet remittere præd. denuntiationes. Si vero timeatur præcius aut peius damnus ex ipsis denuntiationibus si præcesserint, tunc iuxta doctrinam Palud. satis erit eas remittere & ita intelligenda est hæc materia.

Quod si + non esset inæqualitas inter contrahentes, vel si qua adesset, esset quidem parua omnibus pensatis vel + fortiore, quando filius vel filia meliori nubere vellet, tunc etiam pater conqueri possit, quod filius sine consensu eius id faciat, attamen impedire matrimonium iuste non poterit, ordinariisque, si timeatur prohibiter huiusmodi impedimentum, remittere iuste poterit prædictas denuntiationes: sed & alij casus malitiosi impedimenti videri poterunt in proposito pro Ioann. Segur. ubi sup. d. 2. part. c. 16. nu. 10. & seq. quatum præcipua est, quando filij sub potestate nouercai positi sunt, quia + inde malitia præsumi potest, maxime, si ex hereditate materna facti sunt diuites, quia tunc ob matrimonium contrahendum, parentes bonorum fructus amittant, quælibet obiciunt malitiosa impedimenta: Tandem resoluit nu. 17. causæ cognitionem + saltem summariam fieri oportet, vt in his dispenseur, nec ex aliqua latenti causa, iudici tamen cognita, licere, de quo supra est dictum.

Tertia + & vltima difficultas aduersus supradicta, est ex decreto de reformat. matrim. c. 9. ad fin. eius. 24. sess. sacri Concil. Trident. in vers. illo, qui est huiusmodi: Quare cum maxime nefarium sit, matrimonij libertatem violare & ab eis iniurias nasci, ad quibus iura expectantur, præcipit Sancta Synodus omnibus cuiuscunque gradus dignitatis & conditionis existat sub anathematis pena, quam ipso facto incurrant, ne quouis modo directe vel indirecte subditos suos vel quoscunque alios cogant, quominus libere matrimonium contrahant: Et his namque verbis videtur parentibus interdiciam sub præd. pena (quæ propter inobedientiam aperte præsupponit peccatum mortale) ne filiis matrimonij contrahendi, cum quibus voluerint, feminis libertatem quoquo modo impediunt. Quæ rex. Sacri Concil. multis verbis contendit & affirmat esse extendendum ad parentes & alios impediētes matrimonium, Albornoz lib. 4. del arte de los contratos tit. 1. del sancto Conc. Trid. fol. 157. in vers. c. 8. Nihilominus tamen de sua hac re opinio falsa est & absq; solido fundamento & ratione, quinimo contra verba expressa principij & præfationis d. c. 9. quia loquitur in Dominis temporalibus, & magistratibus, qui viros & mulieres sub eorum iurisdictione degentes maxime diuites vel spem magna hereditatis habentes, minis & penis adigunt, cum his matrimonium inuitos contrahere, quos ipsi Domini vel magistratus, illius præscripserint, vnde decisio illius capit. intelligi debet iuxta sui præfationem & principium, atque ad id referenda iuxta l. fin. cum siml. ff. de hered. inst. idque constat expresse ex verbulo sequenti prius relato ex dictione illa, quare, &c. quæ casualis est præcedentium; Vnde pena præfata iure prohibito extendi non debet ad alias personas, quam ibi enumeratas, iuxta l. interpretatione ff. de panis, &c. pena, de penitentiâ, dist. 2. l. quod vero ff. de legib. c. ap. statuum, de elect. libro sexto, & ita remanet sublata præcedens tertia difficultas atque materia hæc facti explicata.

S V M M A R I V M.

- 1 Verba hæc, Non ducam vxorem nisi te & familia, quid operentur? & nu. seq.
- 2 Dicitio, nisi, præcedentem negationem sequuta affirmat quod ponit, sequuta vero affirmatiua negat.
- 3 In matrimonijs contrahendis in dubio, quem valorem habere

- tere debeant verba prolata, communis sensus attendendus est.
- 4 Communis sensus verborum præualeat propria dictionis significationi.
- 5 Sermones probati vulgari lingua, iuxta communem usum loquendi inter pretantur, sed prolata in literali sermone, secundum artem litterarum vel grossum modum loquendi.
- 6 Loquentium qualitas & conditio in proposito, etiam attendenda est.
- 7 Communis sensus verborum, de quibus in nu. 1. videtur esse, vt inducant matrimonium de presenti, alij existimant, vt sponsalia de futuro inducant, alij distinguunt, vt in nu. 2. tertio opinio tenenda, nu. 13. ponitur, & nu. 18.
- 8 Verba consensum de presenti exprimentia esse debent ad inducendum matrimonium de presenti, nec verba ad hoc sunt necessaria, sed satis est consensus de presenti induci per signa, non solum in muso, sed etiam in valentibus loqui, vt in nu. 9.
- 10 Quando oratio præcedens inducit solam potentiam, dicitio, nisi, subsequuta solam negat potentiam, si vero oratio præcedens actum induxerit, dicitio, nisi, actum quoque negat.
- 11 Matrimonium de presenti, hodie, a tenore sacro Concilio Tridentino, nullum contrahi potest, nisi coram parochio vel alio sacerdote de ipsius vel ordinarij licentia & duobus vel tribus testibus.
- 14 Promittens non alij, quam Titio fundum se venditurum, non tenetur absolute illi eum vendere, sed tunc demum, cum alij venditurus sit.
- 15 Idem est dicere, non vendam domum hanc, nisi tibi, vel alij quam tibi.
- 16 Oratio negativa, iuxta Dialecticis traditiones, nihil affirmat neque ponit ex se ipsa, nisi aliud extrinsecum affirmatiue addatur, exempla hæc, & nu. 17.
- 19 Matrimonium iure communi contrahitur his verbis, contraho matrimonium, & non cum alia nisi tecum.
- 20 Sponsalia de futuro sunt, si promittens dixerit: Ducam vxorem & non aliam nisi te, vel promitto contrahere matrimonium, & non cum alia nisi tecum.
- 21 Verba hæc, promitto quod non habebam aliam mulierem in vxorem nisi te, non inducunt matrimonium de presenti.
- 22 Si puella inueni se interpellati respondet, nolo, vt me cognoscas, nisi honeste, atque ita se facturum inuenis receperat vitiaueratque, matrimonium contractum non videtur.
- 23 Verbum, volo, adiunctum infinitiui designanti initium actus, cuiusque suspensionem in his, quæ a sola voluntate disponens pendet, erit contractus sponsaliorum, nempe; volo contrahere tecum matrimonium: erit tamen matrimonium, si dicta verba deliberate ad interrogationem alterius prolata fuissent, vel quâdo præcesserint tractatus de matrimonio contrahendo, vt in nu. 24.
- 24 Verba hæc, Ego te volo accipere in meam, iudicantur sponsalia de futuro, si autem constat de intentione: eis est standum in foro conscientie.
- 26 Verbum, volo, adiunctum verbo deuotiui exsequutionem actum perficit, & sic matrimonij exercitium; vt volo te habere in vxorem, vel tenere in vxorem, inducit matrimonium de presenti, nisi præcederent sponsalia de futuro, vt hic.
- 27 Verba hæc, volo te in vxorem, si mulier similiter concedat, inducunt matrimonium de presenti.
- 28 Verba hæc, volo te esse vxorem meam, quando inducant matrimonium de presenti, & quando non.
- 29 Verba hæc, iuro, vel promitto, quod te habebam in vxorem, an inducant matrimonium vel sponsalia de futuro.

- 30 Verba qua proprie competunt contrahendo matrimonio si tempore futuro pronuntientur, inducunt tantum sponsalia de futuro.
- 31 Text. in c. ex parte, de sponsalib. iuncta sua gl. communiter approbata intellexit.
- 32 Text. in c. si quis diuinus in prim. 30. quæst. 5. intellectum & num. seqq.
- 33 Leges Casarem in Decretorum libro relate tunc censentur canonizate, cum in ipsomet canone ab aliquo Pontifice edito incorporate aut inserta fuerint.
- 34 Ex translatione, an præsumatur matrimonium?
- 35 Verba hæc iuro, vel promitto, quod te habebam in vxorem, inducunt matrimonium de presenti, subsequuta translatione ad domum ac simul tractatu presentis matrimonij vel quouis communis usus loquendi & intellectus prædictorum verborum nisi esset, vt ex eisdem matrimonium de presenti celebratum intelligeretur.
- 36 Verba hæc, promitto, quod ducam te in vxorem, & tenebo te pro legitima coniuge, non inducunt matrimonium de presenti, sed sponsalia de futuro.

C A P V T XXI.

Verba illa, non habebam aliam vxorem vel non ducam aliam vel aliquam in vxorem nisi te, vel non erit mihi alia vxor nisi tu, quid inducant? & quid de aliis, de quibus in hoc capite.

Requens in iudicijs & vsu forensi, solet esse illa controuersia; An promissio hæc aliquando cum iuramento facta: Non habebam aliam vxorem, vel non ducam aliam in vxorem nisi te, vel non erit alia vxor mea in vita mea, nisi tu, inducant matrimonium de presenti, an vero sponsalia de futuro pura vel conditionalia.

Et primo + videtur per præd. verba matrimonium de presenti contrahi: Nam dicitio, nisi, præcedentem negationem sequuta, affi mat quod ponit, sequuta vero affirmatiua negat l. si eum, §. qui iniuratum ff. si quis cauit, l. actione, C. de translatioe, ubi Bartolus & omnes notant, l. feriatu, C. de feriis, & optime Henrica in c. de quarta de prescriptione, sed in præsentis specie, dicitio, nisi, sequitur negationem præcedentem. Ergo affirmat, ac per consequens matrimonium de presenti præd. verbis contractum esse videtur.

Secundo, quia + in matrimonijs contrahendis in dubio, quem valorem habere debeant verba prolata, communis sensus attendendus atque obseruandus est, vt in c. ex literis, el. 1. de spons. & ubi communiter Doctores & comprobatur ex l. Labeo ff. de suspellit legat. gl. notanda in l. librorum, §. quod tamen Casus ff. de legat. 3. quæ asserit communem sensum verborum præualeat proprie dictionis + significationi, Bart. in l. talis in princ. ff. de legat. 1. Rolland à Valle alios allegans consil. 2. n. 28. lib. 4. & plurimos referens Palaez de maiorat. 1. part. qu. 65. nu. 10. & in initio 2. part. n. 27. & seq. Bernard Diaz de Lugo in regul. 796. & ibi additio, Mexiam l. Regia Toleti in 2. fundamento 1. part. n. 6. & sequent. fol. 36. Et inquit singulariter Bald. in l. dno decem, num. 3. C. de legat. hered. quod sermones prolatos vulgari lingua iuxta communem usum loquendi, debeant interpretari, sed prolata + in literali sermone debentur interpretari secundum artem litterarum, vel secundum grossum modum loquendi litteraliter, vt in dicto §. quod tamen Casus, notat Ant. de Burgos in rubric. de emptio & vend. col. fin. l. in l. se nia, col. fin. C. de success. edit. & hoc + ipsum in coniugali contractu notat Ioannes in Summa confessionum, lib. 4. titul. 2. quæst. 1. in quo etiam attendenda est loquentium qualitas & conditio, c. solita, de maior. & ob id. Abb. consil. 78. vol. 2. col. 2. Couar. in 4. par. 2. c. 4. §. 1. n. 2.

7 Sed prædictorum et verborum hic videtur esse communis sensus, ut matrimonium de presenti inducant, secundum Abb. in cap. ex parte de sponsal. num. 8. & Præpos. num. 7. & alios, præcipue inter rusticos prolatorum. Ergo, &c. Præterea in dubio fieri debet interpretatio pro matrimonio, ut in cap. fin. de re iudic. cap. videtur, & ibi notatur qui matrimonium accusat, postquam in terminis hanc partem probauerit Ioan. Andr. Cardin. Abb. Præposit. num. 7. dicens communem in dict. cap. ex parte de sponsal. & ibi additio Abb. num. 8. littera B. dicit communem, sequitur Alex. consil. 152. nu. 4. volum. 5. Barba. consil. 6. colum. 4. volum. 1. Iacobus Leonia inter consilia matrimonialia, consil. 52. num. 3. & sequent. volum. 1. vbi nu. 9. per consequens resoluit, non tenere matrimonium postea contractum, etiam si carnali copula fuerit consummatum: Eandem sequitur Syluest. verb. matrimonium, 2. quæst. 10. Ital. num. 4. & Cor. Jun. num. 5. in l. actione, C. de transact. vbi Dec. num. 6. Purpurat. 49. hanc restantur esse communem, communem etiam affirmat Præposit. in dict. cap. ex parte, num. 7. ex quibus idem profertur Couarr. vbi supra & D. Anto. Padilla in dict. l. actione, num. 12. & Villalob. in suis communibus opin. littera M. nu. 56. vbi addit. l. 1. tit. 1. par. 4. Hæc tamen communis sententia in primis iure communi non subsistit; Quoniam ad inducendam matrimonium de presenti (cum sit grauissimum onus) verba consensus de presenti exprimentia esse debent, ut in cap. penult. de sponsal. cuius hæc est communis interpretatio, nepe cum dicit vir femina accipio te in vxorem, femina vero de conuerso responderet, ego te in vxorem accipio, vel placet, ut docet Magister sentent. in 4. distict. 27. c. 2. & ibi Theologi, præcipue Sot. quæst. 1. art. 2. concluf. 3. late id probant: non tamen intelligendum est, verba esse præcipue necessaria; Quia quauis vtilia sint attamen ipsa non sint præcipue necessaria, sed satis est, consensum exprimi per signa, dummodo talia signa sint vt necessario expriment consensum de presenti, non solum in mutuo, sed etiam in valentibus loqui, siquidem substantia non mutatur ex accidentibus, ita tenent gl. Hostien. Anton. Cardin. Abb. atque communiter doctor. in dict. cap. tunc, de sponsal. ita intelligentes tex. illum, restaturque communem Modernorum, ibidem Abb. nu. 2. & plurimos referens idem sequitur Couarr. in 4. 2. part. c. 4. in princ. nu. 1. vbi plura ex hoc inferit. Et tenent communiter Theologi in 4. distict. 27. c. 2. restatur Angel. verb. matrimonium, 2. num. 4. vbi quod prædict. signa exteriora necessario requiruntur, alias sine ipsis non contrahi matrimonium.

8 Hic autem, nec verba nec signa consensum de presenti exprimentia intercesserunt, sed potius futuri temporis, Non habeo, &c. Igitur nullo modo potest dici, contractum esse matrimonium de presenti. Et in terminis ita tenet Speculat. in tit. de sponsal. in princ. num. 3. loquens in illa promissione, iuro, vel promitto, quod nunquam habeo aliam vxorem nisi te.

9 Secundo, quia + non obest primum fundamentum communis supra adductum de dictione, nisi, nempe quod sequitur negationem præcedentem affirmet: Nam et si id fatemur, adhuc non probatur intentum communis; Quoniam et si huiusmodi promittentes: se, clarius promittant, habere vel accepturos in coniuges, nõ ex hoc censetur contractum matrimonium de presenti, vt infra dicemus. Præterea, + quia, quando oratio præcedens inducit solum potentiam, dicitio, nisi, subsequens, solum negat potentiam si vero oratio præcedens, actum induxerat, dicitio hæc, nisi, actum quoque negat, vt docet Bart. in dict. l. actione, sic interpretatus in l. Titia, §. si non ff. de manumiss. testam. nempe, quod vbi sublara sit tantum hæredi facultas dandi libertatem illi seruo, & sic potest, nempe, Onesiphorus ille liber esse non potest nisi rationes diligenter excusserit: & ideo his verbis po-

10 tius adempta libertas videtur quam data: quam Bartolus & ceteri idem probasse videntur, & esse commune testatur Decius ibid. numer. 5. optime declarans idem Bart. in dict. §. fin. & in d. l. se cum, §. qui iniuriarum, num. 9. vbi eum recentiores sequuntur & communem restantur Ioan. Orosius ibidem numer. 7. & Couarruias vbi supra, num. 6. & 9. & præterea Doctor Padilla in dicta l. actione, nu. 10. Cum igitur aliquis promittit alteri, se non habiturum aliam vxorem vel non ducturum aliam in vxorem, vel quod non erit altera vxor sua, nisi illa, verbis potius adiui, quam præfari consensum de presenti videtur.

Secundum etiam fundamentam communis sententia non obest: Nam et si fatemur, communem sensum verborum in matrimonium contrahendis aduertendum fore, negamus tamen, in presenti specie cum esse actum conjugalem de presenti: nec ita, etiam inter rusticos interpretatum esse, sed tantum quod ipsa verba sonant. Cuius interpretatio cum capi non possit à communi vsu loquendi, à proprietate, & sensu verborum iure accipienda est, qualis est, quæ paulo post in tertia opinione exponetur.

Attento præterea + Sacrosancto Concilio Trident. sess. 24. c. 1. de refor. matr. certissimum est, nullum posse contrahi matrimonium de presenti, nisi presenti patrocho, vel alio sacerdote de ipsius patochi seu ordinarij licentia, & duobus vel tribus testibus: Quo fit, vt si prædicta verba, vel alia etiam de presenti sine patrocho vel etiam coram ipso, sine testibus profecerint, non fiat matrimonium, quod si coram patrocho & testibus affirmetur, adhuc communis opinio præfata tenenda non erit, cum vera non sit, sed quod statim in tertia opinione dicemus.

Rursus alij + existimant, ex præd. verbis ad minus 2. sponsalia de futuro induci, vt refert Didac. Couarr. vbi supra, d. nu. 6. sed expressius Iacobus Leonia dicto consil. 52. num. 2. dicens, hoc esse exploratissimi iuris, & quod nec dubium minimum quid est, quia verba illa: Nullam accipiam in vxorem, nisi te, exponuntur: Ergo accipiam te in vxorem, &c. est; communis opinio Doct. secundum Adrianum in 4. quæst. 12. de matrimonio, quam ipse probauit, quando verba ita conciperentur; Non contraham cum aliqua muliere quam, vel nisi tecum, vel non contraham cum aliqua muliere, sed tecum, secus si ita dictum fuerit; Non contraham cum aliqua muliere à te, vel quam, vel nisi tecum, quia tunc nec sponsalia contracta censentur, vt ibi per eum: sed hæc differentiam irridet Soto in quarto sentent. distict. 29. quæst. 2. articul. 3. circa finem, & nihil ad nostram rem conducere affirmat Couarruias vbi supra, si communis verborum sensus accipiendus est, vt dixit: Quare Palud. in 4. distict. 27. quæst. 1. articul. 1. colum. 3. in vers. sed si dixisset, tenet, quod si quis dixerit: Promitto tibi, quod non ducam aliquam nisi te, non tenetur in foro conscientia, si dicat quam nisi te, non tenetur de præcipue obligati, quia creditur quod non intendebat se præcipue obligari, quia creditur ei, nisi si sibi conscius, quod voluerit se obligare, si autem non recolat quid intendebat, distinguendum est, sicut in foro exteriori; Quia aut dixit, non ducam nisi te, & tunc veritas loquutionis de virtute sermonis, vel saltem de vsu loquutionis habet: Ergo ducam te, ex quo agebatur de sponsalibus puris contrahendis, si auquo agebatur de sponsalibus puris contrahendis, si autem dicat; Non ducam aliam à te: non sequitur: Ergo ducam te: idem videtur tenere Doct. à Sot. vbi supra, existimans appposita dictione, nisi, consilium esse in foro conscientia intentionem contrahentis qualiam habuerit, in foro tamen contentio aliunde esse explorandam, nempe, vt si tunc communis intelligentia verborum non liqueat, in cap. ex literis, §. 1. de sponsal. ex causis, & appendicibus veritas indaganda sit

11 sit, vt ait Hilarius in cap. intelligentia, de regul. iur. quod & sequitur Padilla vbi supra, in finalib. verb. sed hoc quoad forum conscientia dictum mihi placet, quoad forum tamen exterius, veritate indagata ac sensu verborum iudicice accipitur, standum est sequens conclusio.

12 Nihilominus + in proposito tertia opinio atque conclusio huiusmodi vera ac tenenda est, vt qui promittit cum iuramento vel abique eo, non se duciturum aliam in vxorem, vel quod non habebit aliam vxorem, vel quod non erit sibi alia vxor, nisi Maria, vel alia femina, non censetur ex hoc matrimonium contraxisse cum ipsa, nec sponsalia de futuro absolute, sed sub conditione, si conjugalem vitam promittens elegerit, vt tunc cum illa, cui facta fuit huiusmodi promissio, contrahere debeat, poterit tamen, si maluerit continere atque in cœlibatu viuere, nec res erit facta promissionis; Quandoquidem virtute ipsius illi præcipue matrimonialiter coniungere non tenetur. Hanc tertiam sententiam ad literam probauit Anton. de Butt. in d. c. ex parte, cl. 1. 10. de sponsal. & ibi Doct. voluit & Alciat. in d. l. actione num. 16. & quod non censetur contractum matrimonium per præd. verba magis communiter tenetur secundum Gom. in princ. Instur. de action. 10. vers. non obsta. Et hæc tertia opinio in terminis in vtroque sequitur & probat D. Couarr. vbi supra, n. 8. Estque communis prout ex Gom. vbi supra refert Padilla dict. num. 12. in dict. l. actione Gom. tamen vbi supra loquitur tamen, vt prædiximus, respectu matrimonij, vt illud non censetur contractum per præd. verba, vt magis communiter tenetur, non tamen loquitur in sponsalibus, & ipsam sequitur contra Syluest. Pedaza in sua Summa in c. præcepto diuino, num. 19. vers. per vna dudu, §. fol. 67. colum. 2. Specul. coniug. 1. part. artic. 17. q. vlt. fol. 118.

13 Cuius + quidem sententia optimum fundamentum est, ex l. si sterilis, §. penult. vers. sed & si vbi ff. de actio em. & in l. qui fundum, §. 2. ff. de contrahenda em. vbi probatur, quod si quis promittit fundum se non venditurum alij, quam sibi, non ex eo esse obligatum eum absolute fundum illi vendere, sed tunc demum, si illum alij vendiderit, hoc est, si si illum vendere libuerit, illi vendere tenetur, quod si illud de facto vendiderit atque tradiderit, tenebitur priori restituere quanti eius inter fuerit fundum sibi venditum fuisse. Et ita ex illo text. videtur colligere gl. ordinaria in illo §. qui iniuriarum, in vers. idem Pomponius, quam ibi ita declarat Bart. n. 5. & 10. & ceteri sequuntur, estque communis traditio, vt plurimis in id citatis affirmat Padilla vbi supra, nu. 11. Ergo ita etiam in proposito dicendum est: Nec refert, quod Iuriconsultus in d. §. penult. loquitur in dictione quam nõ vero de dictione nisi, quia, idem est dicere, Non vendam domum hanc, nisi tibi, + vel alij quam tibi, vt adnotat Lauren. Valla lib. alegant. 3. c. 5. 4. & probatur in l. consulta diuinalia, C. de testam. irad. Couarr. vbi supra, dict. n. 8. probatur vltimus eadem sententia, quia iuxta Dialecticas traditiones, oratio negatiua + nihil asserit nec ponit ex se ipsa, nisi aliquid extrinsecus affirmatiue addatur, veluti si quis promittat non alienare domum extra familiam, cum nihil ponat, hæc oratio ex se ipsa non videtur promittere, se omnino alienaturum intra familiam: vel si Rex promittat, non gerere bellum hoc anno, nisi contra Turcam, quia tunc dicitio nisi, resoluitur in conditionem, hoc pacto: Si bellum gesturus est, hoc anno Rex illud promittit genere contra Turcam, non vero promittit pure & absolute illud gerere: & hæc ratione constat decisio tex. in d. l. si sterilis, §. pen. in vers. supradictio. Si vero extrinsecus aliquid affirmatiue adiciatur, vel expressum + vel ex materia subiecta & natura rei: potest oratio negatiua ali-

quid asserere & ponere, veluti: Homicidium hodie commissum est, & nullus, nisi Petrus illud commisit: Igitur Petrus illud commisit: vel promitto vendere domum hanc, non alij quam tibi; Ergo promitto vendere domum tibi, & sic de similibus. In proposito igitur ita dicendum est, vt promittens non habitum vel non accepturum aliam in vxorem, vel quod alia non erit vxor eius, nisi Maria, cum hæc oratio omnino negatiua sit, nihilque extrinsecus affirmatiue addatur expressum, nec ex natura rei superintelligatur; non ex eo promissio videtur Mariam ducere in vxorem, quia tunc dicitio nisi, resoluitur in conditionem hoc modo, vt si promittens conjugalem vitam elegerit, cum Maria contrahet matrimonium, seu illam habebit in vxorem, non tamen promittit, se absolute conjugalem statum electurum: Erat itaque promissio sponsaliorum conditionalis, vt prædiximus, ex quibus satis nostra hæc tertia sententia probata manet: Limitati + tamen poterit secundum Specul. vbi supra, nisi ante huiusmodi verborum prolationem inter eos de contrahendo matrimonio agebatur, & postea ea pertulerunt, intendentes matrimonium contrahere, de quo constat, ignorantes forte tertia verba proferte, sequitur Greg. Lopez in l. est. 1. part. 4. in gloss. magna, ad fin.

14 Ex superioribus + inferunt matrimonium (ceteris solemnibus concurrentibus) contrahi iure communi, his verbis: Contraho matrimonium, & non cum alia, nisi tecum. Secundo esse sponsalia de futuro, si promittens dixerit: Ducam vxorem, & non aliam, nisi te, vel promitto contrahere + matrimonium, & non cum alia, nisi tecum, vt fatentur Andr. & Couarr. vbi supra: His enim duobus casibus, aliquid extrinsecus affirmatiue adicitur atque præponitur orationi negatiue, & ideo inducitur dispositio iuxta tempus verbi: secundo ex supradictis fit, vt dubitari possit ex opinione Abb. in d. c. ex parte, n. 8. de sponsal. dicens, quod si quis dixerit mulieri, promitto, quod non habeo aliam mulierem in vxoro nisi te, per hoc videtur matrimonium de presenti esse contractum, quia et si præcedat extrinsecus aliquid affirmatiue, hoc est, promitto, adiungitur + tamen postea verbo futuri temporis, habeo, & ideo contra Abb. vbi supra, tenent recentiores & cum eis Alciat. in dicta l. actione, n. 16. & Angel. in Summa, verb. matrimonium, 2. num. 12. vbi opinionem illam Abbatis credit veram, si verba sint postea de presenti, nempe; Nolo habere aliam vxorem nisi te, quod enim constat Abb. vbi supra, sed verius hoc casu, etiam contra Abb. tenet Alciat. vbi supra, quia adhuc sunt verba futuri temporis.

15 Vltimo, + ex superioribus falsitatis vicio conuincitur opinio Barbatij consilio 6. volum. 1. tenentis, quod si puella iuueni se interpellanti respondeat, nolo vt me cognoscas nisi honeste, & aque ita se facturum iuuenis receperat viriaueratque, matrimonium contractum videtur, cum honeste eo modo attingi mulier circa matrimonium nequeat: Nam, vt est supra probatum, + absolute consensu de presenti expresso, verbis vel signis æquipollentibus, matrimonium contrahi non potest, nec viti simile est, his verbis, tam consensisse, quam puella simplicitati illiusse. Et ita merito contra Barbat. in hoc tenuerunt Calderin & Præposit. in dicto cap. ex parte, Pius in l. 2. C. de secund. nupt. & cum eis Alciat. in dict. l. actione, num. 16. C. de transact. iudicibus, quod hodie in dubium est, attento Sacro sancto Concilio Trident. iuxta quod matrimonium de presenti aliter contrahi non potest, quam coram patrocho & testibus &c. vt in eo cauetur.

16 Dubium + autem insurgit; An verba hæc: Falo contrahere tecum matrimonium, significent præsentem conjugalem consensum: In quo, vt breuiter agamus, resoluo: Primo, quod cum hoc casu verbum, volo, adiungatur

tur in infinitivo designanti initium actus eiusque suspensionem, in his, quæ à sola voluntate loquentis pendunt, erit contractus sponsaliorum. Ita Io. And. & Abb. in d. ex literis, de sponsal. quorum opinio est communis secundum Boet. dec. n. 6. 3. loquentem in illis verbis: *volvo te in uxorem accipere*, etque magis communis in d. c. ex literis, vt testatur Cou. vbi supra n. 4. alios in idem citans aduersus Summas Ioan. & Astens. afferentium, isto casu nec sponsalia esse contracta, & contra Card. in d. c. ex literis, afferentium, per prædicta verba contractu esse verum matrimonium. Cuius + opinio intelligi ac saluari potest, si dicta verba deliberate & ad interrogationem alterius prolata fuissent, vel quando præcessisset tractatus de matrimonio contrahendo, secundum eundem Card. in Clem. 1. q. 20. de consang. & affin. vel si communis vsus loquendi hanc significationem matrimonij receperit, iuxta eundem Card. in d. c. ex literis, quem sequutus ita interpretatur ac docet Couar. vbi supra d. n. 4. Ignat. Salced. in addit. ad Bernat. Diaz de Lugo, in regul. 775. qui supradictam magis communem opinionem refert ac probat cum prædictis declarationibus: intellige tamen hoc verum, seruatis solemnibus necessariis Concilii Tridentini supra relatis: Idem prope esse in promissione ista Ego te volo accipere in meam, vt primum si constat de intentione, ipsi standum sit in foro conscientie, si vero de ipsa non constat, iudicentur sponsalia de futuro, non vero matrimonium, tenet Paludan in 4. dist. 27. qu. 2. artic. 4. concl. 5. nisi præcesserint verba matrimonij de presenti, quia tunc per dicta verba videtur vel saltem præsumitur, ea proferens executionem manifestare, secundum Adrian. vt refert & sequitur Specul. coning. 1. part. art. 17. 1. 2. & 3. conclusionibus: adde tu, quod debent seruari tunc solemnia Conc. Trid. vt superiori casu prædiximus.

26 Si vero t verbum, *velo*, adiungeretur verbo denotanti executionem actus perfecti & sic matrimonij executionem, vt *velo te habere in uxorem, vel tenere in uxorem*, cum isti actus præmittant contractum matrimonij censetur per præd. verba matrimonium de presenti contractum, vt videtur conuenire in hoc doct. in d. c. ex literis, præcipue Hostiens. Anton. & Abb. qui hoc expresse tenent, Henricus & Abb. in d. cap. ex parte, Iason in l. serui electione, in princip. nu. 50. ff. de legat. 1. sequitur Syluest. in Summa verb. matrimonium, 2. quest. 9. numer. 9. vbi in fine hoc limitat, nisi præcederent sponsalia de futuro, nempe dicendo: *promitto quod dicam te in uxorem & tenebo te pro legitima coniuge*: quia per verba præcedentia sequentia restringuntur in tempus matrimonij contracti, id est, quando matrimonium erit contractum, non igitur ex præd. verbis censetur tunc matrimonium de presenti contractum, sed tantum sponsalia de futuro.

Supradicta tamen recepta Doctotum sententia in d. c. ex literis, quomodo retulimus, nempe matrimonium de presenti ceteri contractum per illa verba, *volvo te habere in uxorem, vel tenere in uxorem* mihi vera non videtur, tum ex his, quæ in questione sequenti dicentur, tum etiam, quia etsi prædicti actus præmittant contractum matrimonij, id tamen significat, non quidem in presenti, sed in futuro, quare saltem ex verbis contractum de presenti non videtur, nisi communis vsus loquendi id manifeste habere vel verba de matrimonio de presenti habendo præcesserint, præmaxime si sequeretur statim traditio ad domum, quo magis præsens voluntas contrahentium manifestaretur adhibitis præterea solemnibus Conc. Trid. Illud tamen est apud omnes in confesso, t matrimonium contractum ceteri de presenti per hæc verba, *volvo te in uxorem*, si mulier similiter concedat, quia tunc verbum *velo* adiungitur rei, non vero temporis futuro infinitiui, vt tra-

dit Didac. Couar. dist. n. 4. in fin. idem per hæc verba, *volvo te esse uxorem tuam*, quando illo t verbo explicatur velle eligentis seu velle efficac, quod est, actu velle, vt cum Adrian. probat Specul. coning. vbi supra, in vers. sed est dubium, Secus si prædict. verbo explicetur appetitus seu desiderium quoddam, quod est velle inefficax, quia tunc non contrahitur matrimonium nec sponsalia secundum eundem & in vers. sequenti agit, quid dicendum sit quando hoc casu non constat de intentione profertentis præd. verba, Quamuis Anton. Galeat. cons. 83. inter consilia matrimonialia, n. 25. vol. 1. concludat, simpliciter his verbis induci matrimonium, nisi præcesserint verba sponsaliorum de futuro, sed præcedens distinctio est verior & tenenda obseruanda solemnia Concilij Trident. quando matrimonium de presenti inducitur atque celebratur.

29 Superest t modo pro complemento huius cap. illa tantum examinanda quæstio: An matrimonium sit contractum illis verbis, *Iuro vel promitto, quod te habebo in uxorem*: & esse matrimonium, probare primo videtur tex. in cap. ex parte, de spons. vbi probatur, quod si vir & mulier sibi inuicem promittant, se ab eo tempore pro coniugibus tenere ac fidem sibi inuicem seruare, est verum matrimonium contractum de presenti, & ibi communiter Doct. & Specul. coning. vbi supra in vers. adhuc est dubium, in 1. concl. & gloss. in dist. cap. ex parte, communiter ibi approbata per omnes, secundum Abb. n. 6. & ceteros tenet, quod per hæc verba: *Iuro quod de cætero habebo te pro legitima coniuge* & de cetero efficitur, atque celebratur matrimonium, quia per verba futuri temporis contrahitur quandoque matrimonium de presenti, quando verba denotant executionem matrimonij, non autem principium actus, vt in verbis nostræ quæ contingit, Nam qui vult consequens, tacite vitur velle & antecedens, vt in cap. præterea, & in c. prudentiam, de offic. deleg. Ita notant ex dist. c. ex parte, Abb. ibi, n. 3. quem refert & sequitur Iason in l. serui electione in princip. vers. secundo principaliter consumo, num. 23. ff. de legat. 1. Secundo eandem sententiam manifeste probari videtur in cap. si quis diuini, in princ. 30. quest. 5. vbi inquit tex. *Si quis diuini tactus scripturis iurauerit mulieri, legitimam se eam uxorem habiturum*: vel si in oratorio tale sacramentum dederit, sit illa legitima vxor: quamuis nulla dos, nulla scriptura alia interposita sit: & ibi gloss. in verb. habiturum, per illum tex inquit, quod per verba hæc futuri temporis, iuro, quod habeo te pro legitima vxore, contrahitur matrimonium, quia hoc verbum habeo, respectum habet ad præsens tempus, Nam verba illa habiturum interpretantur, id est, habitam me retenturum, & ita profecto hanc sententiam expresse probare videtur text. ille, eamque nuncupatim tenet gloss. præfata ibidem Abb. & Decius in c. iuratus, col. 1. de probat. idem Abb. in dist. c. ex parte, n. 7. hoc probans, etiam si non apponatur verbum *ab hoc tempore*, vel *de cætero* & Præposit. in d. cap. ex parte, num. 6. testatur, eam esse communem & magis sustentabilem, communem quoque profertur Adrian. in 4. sent. quest. 13. de matrim. sequitur Syluest. in Summa verbo, matrimonium, 2. quest. 10. n. 10. Ang. verb. matrimonium 2. num. 12. Et est frequentissima nostratum sententia secundum Couar. vbi supra, num. 5. vltra quem eandem opin. sequitur Aret. cons. 142. & Alex. cons. 152. num. 4. lib. 5. & Summa Tabiena verb. matrim. el. 2. quest. 9. & Gregor. Lopez dicens eam esse communem in l. 2. tit. 1. part. 4. gloss. magna, Villalobos in suis commun. opin. liter. d. nu. 58. Nihilominus hæc sententia communis vera non videtur, Tum primo, quoniam in matrimonijs contrahendis verba, consensus de presenti experimentia aut saltem signa, ex quibus id appareat, requiruntur, vt probatorem est supra: Is autem in hac specie minime interuenit nec sequi

sequitur necessario, sed tantum de futuro, nempe, *habebote te in uxorem*, &c. Ergo non est matrimonium de presenti: Comprobatur tum & secundo, quia licet, qui habet aliquam feminam in vxorem actu, promittit, se cum illa matrimonium contraxisse, non sic ille, qui presenti tempore eam actu non habet, sed habere promittit in futurum, & quamuis sic promittens statim teneatur eam habere in vxorem, interim tamen, quod eam consensu de presenti expresse, verbis aut signis æquipollentibus non ducit atque habet, matrimonium de presenti non est celebratum.

30 Tertio, t quia verba, quæ competunt contrahere matrimonio, si tempore futuro pronuntientur, inducunt tantum sponsalia, secundum Palud. in 4. dist. 27. qu. 2. art. 4. conclusionem 4. sequitur Adrian. vbi supra, vers. 1. quia fol. 4. 12.

Quarto, quia verbum, *habeo*, iuxta propriam ipsius temporis significationem futurum demonstrat, non vero tempus præsens. Exponere autem habiturum, id est, habitam me retenturum, alienum profus videtur à vero sensu verborum: Si enim liceret promissioni addere vel minuere verba aliqua vel eam in alterum sensum, quam verba sonant exponere, vnusquisque facilliter posset promittentem in suam voluntatem capere, quamuis contra suam intentionem & ideo contra communem, vt in præd. specie, non sit matrimonium de presenti, solet adduci Magister sent. in 4. dist. 28. c. 2. vbi tamen de hoc non agit, sed de publicis proclamationibus, quæ ad matrimonium contrahendum præcedere debent, de quibus in cap. cum inibi, de claudes. desponsat. idem tamen Magister dist. 27. cap. 2. agens de mutuo consensu de presenti requisito in matrimonijs, affirmat, solum contrahentium mutuum consensum de presenti conuenit verbis aut nubibus expressis, alioquin nequit esse mutuus, & c. 5. inquit matrimonium non contrahi per sponsaliorum consensum, quæ mutuum in futurum sponsonem designant, etiam si fides iurandorum fuerit stabilita: Recte igitur in supradictis sentit Magister, huiusmodi promissionem, de qua est nostra præsens quæstio matrimonium de presenti minime efficere & eam tenet expresse Palud. vbi supra, in d. 4. conclusionem. Sed expressius contra præfatam communem sententiam Magister sequitur in 4. dist. 27. cap. 4. tenet Adrian. in 4. q. 13. de matrim. vbi late eam probat dicens, esse probabiliorum & veriorum: Quinimo eam tenuerunt antiqui Canonistæ, Hugot. & Laur. quos refert Henric. in d. c. ex parte, atque idem insinuat Ang. in aulhen. quib. mod. naturales offic. leg. §. ff. collat. 6. & bene ex professo probat Couar. vbi supra, d. nu. 5. & est communis Theologorum secundum Alphonf. à Veracrucce in Specul. coning. vbi supra, in 2. conclus. vbi eam late probat & sequitur

31 Et tenendo t hanc secundam sententiam veriorum aduersus communem Canonistarum, non obstat primum fundamentum prioris partis, nempe tex. in d. capit. ex parte, cum sua gl. communiter approbata; Nam in tex. illo verbum ab eo tempore adiecitur promissioni nempe, quod Andreas promisit cum iuramento Catharine, quod eam ab eo tempore pro coniuge teneret, & ei, sicut vxori suæ, fidem seruaret, vnde tex. ille ad hanc questionem minime allegari potest, quinimo per sola verba prædicta, nisi præcedat alia, nempe, *Io. consensio en ti como en mi muger* &c. non contrahi matrimonium, videtur probare Regia l. 2. in vers. la segunda tit. 1. par. 14. iuxta exemplum ab ea positum. Nihilominus tamen in materia seruanda potius est decisio tex. in d. c. ex parte, de sponsal. quam d. l. Regia, præmaxime, cum ea non id requirit, sed exemplum fingat, ex eo igitur induci non debet correctio d. cap. ex parte

glo. etiam eiusdem cap. communiter approbata eadem ratione, qua tex. ille huic nostræ sententia non obstat, quia in quæst. glo. contrahentes adiecerunt verbum, de cætero, quod idem significat, quod ab hoc tempore: Nec etiam obest ratio, quod qui vult consequens, videtur etiam velle & antecedens: nam respondeo, quod qui vult quod sequitur, censetur etiam omnino velle id quod præmittitur necessario illo tempore, quod consequens executioni tradendum est; vnde quamuis sic promittens statim illam habere teneatur in vxorem, interim tamen, quod cum ea de presenti non contrahat & sic eam non habet, matrimonium non est, vt pulchra ratione comprobat Adria. vbi supra. Præterea licet verba de futuro denotent executionem matrimonij, non autem principium actus: nihilominus tamen matrimonium contractum reuera non est, sed executione tantum ipsius promittitur: Quousq. ergo ipsum non exsequitur per verba præsentis temporis, cum aliter ipsum non contrahatur, at æquipollentibus signis, vt sæpe diximus, non erit matrimonium.

Ad secundum t hoc est ad tex. in d. c. si quis diuini, in pr. qui magis vrget in proposito; Nam expresse ibidem communis Canonistarum probata videtur, respondeo illum esse ex nouellis constitutionibus Iustiniani Imp. nempe in aulhen. quib. mod. nat. offic. legit. §. quoniam autem callat. 6. vt constat ex ipsius c. super inscriptione, & ibi gl. quam Gratia. incorporauit in decreto, vt inquit Abbi in d. c. ex parte, nu. 6. Quare cum hæc non sit Pontificia neque conciliaris decisio nec dictum alicuius sancti, nec constat de auctoritate legitima, qua fretus Gratia, illum tex. decreto inseruerit, sed solum illa constitutio fuit à Gratia. ad suæ assertionis confirmationem relata atque inter Canones inserta, non tamen ab aliquo Pontifice Canonizata, videtur de illius viribus dubitari merito posse vt scribit ex aliorum sententia Ripa in c. 2. n. 80. de rescrip. dicens, tunc leges Casarum in decretorum libro relatas censeri Canonizatas, cum in 4. ipsomet Canone ab aliquo Pontifice edito incorporata

aut inserta fuerint, idem nouissime post multos alios scribit Seb. Medices in comm. de leg. & stat. 1. par. 9. 3. n. 19. & Menoch de adisp. post. remed. 4. n. 84. 2. & seq. idem affirmans generaliter Præterea, etiam si standum esset illius l. decisio, ibi vltra prædicta verba traditio ad domum præcessit & tractatus vxoris subsequutus fuit, vt patet ex originali, quod est huiusmodi: quoniam autem interpellationibus, quæ nobis fiunt, semper omnium assidue mulieres adiuidimus ingemiscentes & dicentes, quia quidam earum concupiscentia detenti ducant eas in domibus suis sacra tangentes eloquia aut in orationis domibus iurantes, habituros se eas legitimas vxores, taliter eas habentes tempore multo, & forte suscipientes filios: deinde dum se fatiuerint earum desiderio aut extra filios aut cum filiis eas proicientes de suis domib. iudicamus etiam hoc optetere sancire, vt si mulier ostendere poterit modis legitimis, quia secundum hanc figuram viri eam accepturum domi, vt eam vxorem legitimam haberet & filiorum legitimorum matrem, nequaquam penitus licentiam esse ei, hanc de domo præter ordinem legis repellere: se habere eam legitimam & filios suos esse ei, &c. Constat igitur manifestissime ex hac lex præcedentibus & subsequenibus promissionem ipsam iuratam de voluntate & consensu contrahentium te & verbis expresse matrimonium de presenti celebrare intendentium: præcessit siquidem, vt dicebam, traditio ad domum eo animo atque intentione communi amorum facta, vt esset vxor legitima, & præterea in domo viri intercessit promissio iurata viri, quod eam haberet legitimam vxorem ac re ipsa subsequutus fuit huiusmodi habitus contractus promissus, sicque deductus fuit

in executionem, vt constat ex princ. text. & iterum ex illis verbis, quia secundum hanc figuram vir eam accepit domi, vt eam uxorem legitimam haberet & filiorum legitimorum matrem: Ex quibus omnibus simul iunctis & ne viri alias fecundas illuderent, recte ibi constitutum fuit matrimonium induci: At vero in nostra specie tantum fuit promissio iurata, quod illam habebit in uxorem, in quibus terminis merito, vt iure matrimonium non inducatur per supradicta; Quinimo per locum ab speciali probatur praefata nostra sententia in dicta nouella constitutione; Nam si ideo ibi illud, quia praed. omnia simul concurrerant, ipsis ergo deficientibus ex vi sola verborum matrimonium minime videbitur celebratum de praesenti, sed tantum sponsalia de futuro: Ex + traductione enim praesumitur matrimonium, vt ex Ang. de Vbaldis refert Veracrucis vbi supra in fin. praed. secunda conclusionis & ante eos Ad. vbi supra in versio. ex quibus. fol. 42. col. 2. quamuis in contrarium sit communis opinio, secundum D. Couar. in 4.1. parte, c. 4. §. 2. n. 1. nisi in quibus casibus, de quibus per eum ibi, posset tamen receptissima opinio supradicta prior saluari atque recte procedere, vbi vltra praed. verba traductio ad domum intercessisset, + pro qua matrimonium ipsum indicaretur ac simul tractatus praesens matrimonialis, vt ex praedictis constat, vel quoties communis vsus loquendi & intellectus praedictorum verborum is esset, vt ex eisdem matrimonium de praesenti celebratum intelligeretur, ex d. c. ex literis. el. 1. de spons. iunctis his que supra in principio huius c. in proposito adduximus, diuimodo in supradictis casibus solemnia necessaria Sacri Conc. Trid. obseruentur.

36 Vltimo, + est praed. communis sententia vera foret, locum non habere, vbi sponsalia de futuro praecessissent dicta verba denotantia executionem, hoc modo concepto contractu, promitto, quod ducam te in uxorem & tenebo te pro legitima coniuge, tunc enim propter praedicta verba praedicta, quae sunt futuri temporis, restringuntur sequentia in tempus matrimonij contracti, id est, cum matrimonium erit contractum, sicque haec sponsalia de futuro iudicanda sunt, argum. tex. in l. fin. §. cui dulcia ff. de vino tritico. oleoque legat. & in c. sedes. de rescript. & in no Clem. in posse. de procurato. vbi probatur, quo verba subiecta ex praecedentibus intelliguntur, ita in specie tenent Hostiens. & Abb. in d. c. ex parte. n. 7. & ibi Prapof. n. 6. Rom. sing. 338. Alex. conf. 152. vol. 5. num. 4.

S V M M A R I V M.

- 1 Matrimonium vel sponsalia inter consanguineos vel affines sub conditione, si Papa dispensauerit, an sint valida, ita vt Papa dispensante locus non sit poenitentiae necne? & num. seq. praecipue. n. 14. vbi referuntur auctores affirmatiue sententia. & nu. 16. negatiua. & nu. 17. sententia auctoris ponitur.
- 2 Matrimonium per verba de praesenti contractum sub aliqua conditione licita & honesta, adueniente conditione statim perficitur & est verum matrimonium abque nouo consensu, secundum communem opinionem Canonistarum, sed secundum vtrioque, & communem etiam Theologorum sensus est, vt in numer. 21. & sequentibus.
- 3 Impedimentum publica honestatis iniuria nullum oritur ex sponsalibus conditionalibus ante conditionis euentum.
- 4 Contrahentes matrimonium per verba de praesenti, sub aliqua conditione licita & honesta, non possunt pendente conditione dictum consensum renouare, sed tenentur conditionem expectare, si tamen interim aliud matrimonium contrahant, tenebit.
- 5 Matrimonium contractum inter consanguineos vel affines absque conditione, si Papa dispensauerit, est

illicitum & contrahentes incidunt in poenam excommunicationis.

- 6 Institutio filij spirij simpliciter facta pro non scripta habetur nisi fiat sub conditione, si Princeps eum legitimaerit.
- 7 Venditio rei feudalis vel emphyteutice simpliciter facta, nulla est, secus si sub conditione, si Dominus consenserit, vel Rex licentiam praestiterit, fiat.
- 8 Dispositio seu vocatio testatoris ad maioratum vel aliud legatum Scij, si Titiam consanguineam suam uxorem ducat, non valet, nisi adiciatur ex dispensatione Summi Pontificis, contrarium, numer. 23. & 24.
- 9 Id quod a voluntate Principis pendet, reputatur quasi impossibile, hoc tamen fallit in eo, quod Princeps solet facilius concedere, vt in num. 10.
- 11 Condicio contrahendi matrimonij inter consanguineos vel affines in secundo gradu constituitur, quamuis iudicanda sit impossibilis nedom de iure, sed etiam de facto, autamen subsistit in iusta causa valida erit, & ideo non est reicienda ex institutione, vt in numero 12.
- 13 Quoties conditio est praambula & necessaria ad validitatem actus, nunquam reiciitur, est summe difficilis sit, sed eius euentus expectatur.
- 14 Condicio, si Papa dispensauerit, est impossibilis quodammodo dici potest eo, quod dependeat a Principis voluntate, non tamen proprie & stricta interpretatione, sed late & improprie, vt hic.
- 18 Contractus sponsaliorum inter consanguineos vel affines sub conditione: Si Papa dispensauerit, est sit validus poterit tamen ante vel post dispensationem impetratam quilibet ex contrahentibus penitere: tenebitur tamen huiusmodi penitens alteri conventioni stare, volenti refundere expensas ad dispensationem impetratam factas, vt in n. 19.
- 20 Difficultas diluitur, quare si valida sunt praed. sponsalia conditionalia, licita est poenitentia.
- 22 Cap. super eo, de cond. apposi. adiciuntur, vt probet communem sententiam Theologorum aduersus Canonistas de qua supra, num. 2. & 21.
- 23 Argumentum a contrario sensu in iure non procedit, quoties sensus contrarius est contra legem vel Canonem, nec etiam, quando ex eo sequeretur correctio iuris.
- 25 In matrimonio de praesenti de facto pure contracto inter consanguineos vel affines infra quartum gradum absque conditione illa: Si Papa dispensauerit, non potest intelligi tacite ea conditio, ac proinde si simpliciter & pure contrahant, incurrunt in poenam excommunicationis: secus in sponsalibus de futuro inter eosdem pure contractis, quia forte potest tacite intelligi praefata conditio.
- 26 Contrahentes de futuro sponsalia consanguinei, non incidunt in poenam excommunicationis.

C A P V T X X I I.

De matrimonio vel sponsalibus contractis inter consanguineos vel affines sub conditione; Si Papa dispensauerit.

Controuersa + factis non modo, verum etiam frequentius in vsu forensi quaestio est illa: An matrimonium vel sponsalia contracta inter consanguineos vel affines, aliove canonice contrahere impediatur sub conditione; Si Papa dispensauerit, demum Papa dispensante sint matrimonium vel sponsalia de futuro absque alio nouo consensu, ita quod virtute prioris contractus sponsaliorum alter alterum, etiam iniuriam, compellere possit, vt matrimonium inter eos celebratur per verba de praesenti in facie Ecclesiae, necne? Et

- 2 Et in hac + celeberrima quaestione pars affirmatiua verissima videtur ex sequentibus. Primo, quoniam matrimonium per verba de praesenti contractum sub aliqua alia conditione licita & honesta, adueniente ipsa conditione statim perficitur absque alio nouo consensu, ad exemplum cuiusvis alterius conventionis conditionalis: ita tenet Abb. in c. de illis. post. hmo. & alio ibidem, & in cap. super eo, & Henric. in cap. fin. de cond. dit. apposi. Palud. in 4. sentent. dist. 29. in fin. ibi. Et quod dicit Thom. argum. d. c. de illis, sequitur, dicens, eam videtur probabilior, data persequerantia in consensu conditionaliter praestito, qui, si de alio non appareat, praesumitur perdurare, Greg. Lop. in l. 3. gloss. 1. in princ. tit. 4. par. 4. Et quae haec communis & frequentissima opinio Canonistarum, vt fatentur omnes de hac agentes, praecipue Couar. & alii infra statim citandi, & probari videtur in d. c. super eo. in fin. ibi: Non habito: Ergo adimpleta conditione, & sic iam habito alieno arbitrio erit matrimonium, + praeterea in c. 1. §. fin. de spons. lib. 6. ibi: Cum ex sponsalibus conditionalibus ante conditionem extiterit, sicut consensum non habentibus, & incertis nulla publica honestatis iniuria oritur: Ergo a contrario sensu impleta conditione, statim oritur impedimentum honestatis fundatum in solo consensu, ac per consequens, sponsalia praedicta praecedente purificatione.
- 4 Haec + tamen communis opinio Canonistarum limitatur, si ante conditionis euentum alter ex contrahentibus consensum renouare, tunc etenim conditionis euentus non efficeret coniugium, ac per consequens si cum alia contrahat, tenebit matrimonium, quamuis non possit licite dictum consensum renouare, sed teneatur conditionem expectare, iuxta gl. & Doct. in d. c. super eo, praecipue Abb. & Praepositi. & D. Couar. in 4. p. 2. c. 3. in princ. num. 6. vbi quod non refert ad renouationis effectum altero ignorante vel sciente fiat, per tex. in cap. fin. de procurat. in 6. quamuis glo. d. cap. super eo, videatur scientiam alterius exigere: dicit etiam communem Couar. & Panor. Villal. in suis communibus opin. lit. M. nu. 66.
- 5 Secundo + eadem pars affirmatiua probatur, quoniam est huiusmodi contractus si pure celebraretur absque praefata conditione; Si Papa dispensauerit, foret illicitus, ac proinde contrahentes excommunicatione incurrerent ipso facto, vt in Clem. 1. de consang. & affinit. tamen si fiat sub conditione, quae contractum ad licitum tempus referat, licitus erit atque permittis, arg. l. in tempus. ff. de hered. institut. quare ita contrahentes non peccant, licet alias contrahendo sine praefata conditione peccarent, vt recte docet Adrian. in 4. tractat. de matrimonio, quaest. 10. in versio. ad rationes ante, ibi; Ad secundum principale, fol. 413. col. 2. Sic + etiam videmus, quod institutio filij spirij simpliciter facta pro non scripta habetur: Si vero fiat sub ea conditione; Si Princeps eum legitimaerit, valida est, vt in dist. 1. in tempus, vbi gloss. verb. cum capere, & ibi communiter scribentes hanc differentiam constituunt, iunctis his, quae Doct. Molina lib. 2. cap. 7. num. 4. cum sequ. de primogen. Hispan. latius adduxit.
- 7 Similiter + etiam venditio rei feudalis seu emphyteutice vel maioratus simpliciter facta, nulla est: Si vero ea lege fiat; Si dominus feudis seu emphyteosis consenserit, vel Princeps ad rem maioratus alienandam facultatem praestiterit, valida erit, nec poterit sic contrahentes recedere, nisi prius consensus requisitus fuerit, vt ostendit idem Molina vbi sup. lib. 4. c. 3. nu. 48.
- 8 Ex quibus + probari videtur differentia, quam assignauit subtilissimus Emanuel Costa lib. 1. Select. cap. 8. nu. 14. in quaestione illa; An valida sit dispositio testatoris vel maioratus fundatoris ad eum vocantem Scium, si Titiam consanguineam suam uxorem duceret, Nam ipse di-

stinguat eam differentiam constituit, vt siquidem praedictus testator adiecerit; Ex dispensatione Romani Pontificis, valet, sin minus: sed simpliciter conditionem contrahendi matrimonium cum consanguinea apponit, minime: Haec namque differentia ex supradictis colligi ac probari videtur ac in proposito prodesse pro hac parte affirmatiua.

Tertio, quia est id, quod a Principis voluntate pendet, reputatur quasi impossibile, vt in l. continuis, §. cum quis. ff. de verb. obligat. & ibi nota gloss. in verb. relicta sint & communiter Doct. praecipue Barr. num. 2. Paul. Cast. 3. Ia. 3. & 9. In idem est optimus tex. in l. Africanus alias incipit, apud Iulianum. 40. in ordme. §. constat. ff. de legat. 1. & in l. inter stipulantes, §. sacrum. cum sim. ff. de verb. oblig. Hoc tamen fallit in eo, quod Princeps solet facilius concedere, hoc namque impossibile minime reputatur, quod patet ex d. §. constat. dum dicit, Cum distrabi non soleant: vbi hoc notare videtur, Coma. Paul & Alex. & Ia. num. 13. & sequ. vbi dicit communem: ad idem est optimus tex. in l. interdict. ff. de cond. & demonstrat. & l. quidam relegati, & ibi Socin. nu. 11. ff. de reb. dub. Arcin. in l. 1. versio. permittitur. ff. de aqua quodid. & alia, sequitur plures referens Couar. vbi sup. in 4. part. 2. cap. 3. in princ. nu. 8. & communiter scribentes ibi notant, vt plures referens testatur Molina de Hispan. primogen. lib. 2. cap. 13. num. 8. sequitur Anton. Com. in l. 9. Tauri, nu. 18. in fine, vbi aliam limitationem ad praedict. regulam refert, & Iason alios referens in l. Galvus, §. nunc. de lege Velleia, num. 25. ff. de liber. & posth. At vero praefata conditio; Si Papa dispensauerit, in tertio vel quarto gradu consanguinitatis vel affinitatis, impossibilis a iure non est nec etiam de facto, cum in praedictis gradibus cum causa iusta possit & soleat dispensari, vt communiter videmus quotidie dispensari & praeterea cauetur in decreto Concilii Tridentini, infra statim citando: quod similiter est dicendum in aliis impedimentis Canonicis ad contrahendum matrimonium, in quibus Summus Pontifex & possit & soleat dispensare, vt in simplici voto castitatis vel continentiae & alius. An vero in secundo & consanguinitatis vel affinitatis gradu, quamuis difficillima videatur: atque idcirco impossibilis, praecipue attento Sacrosancto Concilio Trident. Sess. 24. de reformat. matrim. cap. 5. ibi: In secundo gradu nunquam dispensatur, nisi inter magnos Principes, argue ob publicam causam, quare nedom de iure, sed etiam de facto impossibilem hanc conditionem iudicandam esse censuit Doct. Molina vbi supra, nu. 12. attamen erit, huiusmodi conditionem inter hos consanguineos vel affines in secundo gradu constituitur, subsistente iusta causa validam esse; Cum hac difficultas potius ad impossibilitatem facti, quam iuris referenda sit, quia non valet hoc casu de potestate Romani Pontificis disputari vel dubitari.

Quod sit + vt similiter praefata conditio contrahendi matrimonium cum consanguinea vel affini in secundo gradu cum dispensatione Romani Pontificis, minime ex institutione reicienda sit, cum ipsa conditio ad actum validum efficiendum necessaria sit atque praambula, iuxta doctrinam Bald. in l. 1. c. de iustit. & subdit. sub cond. fact. vbi scribit, quod quoties conditio est praambula & necessaria ad validitatem actus, nunquam reiciitur, + est summe difficilis sit, sed eius euentus expectatur, quem sequitur Soci. in d. l. quidam releg. ff. de reb. dub. vbi Sadoler. col. 2. haec regulam existimat esse verissimam atque hoc verum esse proficitur Alexan. nu. 5. Ia.

5. Iason nu. 16 in dicit. §. constat, idq; probant ex dicit. in tempus, ubi communiter scribentes id agunt, & in terminis institutionis probant Costa in dicit. cap. 8. nu. 14. sequitur & late non solum iure communi probat, sed etiam attentio prædicti. Concil. Trident. decreto mutata sententia Molina in adnotationibus ad finem sui operis postis, num. 12. ubi idem etiam probat in maioribus, ubi prædicti. conditio apposita fuerit, ut minime sit reiicienda, sed potius expectanda. Ergo ita in proposito nostro erit dicendum, ut prædicti. conditio; Si Papa dispensauerit, si in contractu matrimonii vel sponsaliorum a consanguineis vel affinis, etiam in secundo gradu adiecta valida sit & expectanda, ipsaque adimpleta contractus verificetur.

14. Quarto + & vltimo eadē sententia affirmatiua cōprobari potest, quia huiusmodi conditio, etsi quoad Principis pendeat voluntate, impossibilis quodammodo dici potest, non tamē proprie & ex stricta interpretatione, etiam si non soleat concedere, sed large & improprie, quia si potest à Principe concedi, possibile est quod fiat; dicitur ergo impossibile facti vel verus difficile, non vero iuris, & non eo modo, quia impossibile dicitur in c. fin. de cond. appost. nam ubi impossibile conditio intelligi debet, quæ iure vel natura est impossibilis: Cum ergo, do qua agimus, sit iure possibilis, etsi facti difficilis, reiicienda minime erit à contractu, sed expectandus ipsius eventus, ut optime explicat Couarr. ubi supra, num. 8. quem sequitur Molin. d. lib. 2. de Hispan. primogen. cap. 13. num. 11. Præterea conditio impossibilis de iure (qualis hæc aliquibus videri poterit) si ad futurum referatur, non reiicitur à matrimonio, secundum Adrian. in 4. q. 11. de matrimonio, in versio. secundo præmissis. ubi. Secus si referens, fol. 416. col. 2. quem refert & sequitur Conar. ubi supra.

15. Et ita + in terminis hanc partem affirmatiua, quod in præfata specie, eueniente conditione, hoc est; Papa dispensante, non sit necessarius nouus cōsensu, sed quod statim, eueniente conditione prædicta, efficiatur matrimonium, quando verba de præfatis præcesserunt, nempe: Contrahite cum si Papa dispensauerit, tenet Anton. de Butt. Calcedin. & Præposit. in dicit. cap. super ead. num. 5. dicens, quod videtur posse sustineri, quamuis in finalibus verbis relinquitur cogitandum: sed eam sequitur idem Calcedinus consil. 1. in d. de sponsal. Dec. simpliciter in l. ea quararum. num. 14. ff. de reg. iur. In idem etiā inclinare videtur Iaf. in d. §. constat, num. 11. & seg. & hæc opinio de consuetudine seruat, secundum Nicolaum Boet. decisio. 264. numer. 27. & eam sequitur & probat data perseverentia voluntatis Gregor. Lup. in dicit. l. 3. gloss. 1. titul. 4. part. 4. & late Summa Angel. verb. matrimonium. 3. num. 4. ubi dicit, hanc partem tenendam, antequam alter ex huiusmodi contrahentibus transacta secunda vota (& ut ex ipso coniugio, ante implementum conditionis; Nam postea iam remanet purificatum primum matrimonium, & ideo secundum non tenebit.) Hanc eandem partem in sponsalibus sub præd. conditione contractis, quod sint valida, & sic promittens in euentum conditionis teneatur ad minus promissionem adimplere, late probat Adrian. ubi d. q. 10. de matrim. in versio. sed. quamlibet calerata. folio 411. col. 2. & seg.

16. Rursus + cōtraria pars omnino, id est, negatiua, imo quod ex huiusmodi contractu de præfatis vel de futuro cōditionali si Papa dispensauerit, nulla prorsus obligatio oriatur nec ipse contractus teneat, sed sic necessarius nouus cōsensu ad contrahendum præter Pape dispensationem, primo astruitur, quoniam contractus hic à principio fuit illicitus: Ergo ex eo non potuit oriri aliqua obligatio, ut in l. cū lex ff. de sibi in l. no dubium. C. de legib. Quod sit illicitus, patet, quia inter con-

trahentes vel affines infra quartum gradum non potest contrahi matrimonium, ut in cap. non debet. de consensu. & affinit. quoniam si de facto ipsi inter se contrahant, sunt ex cōmunicati, ut in Clem. 1. de consensu & affinit. Consequenter iam patet & est probata: Igitur, &c. Præterea & secundo, hæc conditio; Si Papa dispensauerit, censetur atque reputatur à iure impossibilis, eū dependeat à voluntate Principis, ut in d. §. constat & sup. ff. probatum: Ergo à matrimonio reiicitur ac remanet purus contractus ipse, ut in c. fin. de cond. appost. sed talis contractus purus minime valet, ut est prædictum: Ergo etiam si Papa dispensauerit, nõ erit matrimonium nec sponsalia de futuro, ut in l. cū in l. no dubium. Vltimus & tertio, quoniam etsi pare contraheretur inter huiusmodi impeditos, implicite tamen intelligitur acinest conditio ipsa: Si Papa dispensauerit: taciti autem & expressi idem est iudicium, ut in l. cum quæ, cum materia ff. si veri per. Ergo si contractus huiusmodi adiecta præd. conditione expresse valet, ac etiam non adiecta valet: Hic non valet, id est, purus: Ergo nec ille.

Quarto, quia communiter dispensationes ad matrimonia non dantur nec fiunt in radicem matrimonii, hoc est, ut ipso facto sit dispensatum: Tunc enim cōstitutio sublatum impedimentum, tanquam si non esset lex, quæ hoc prohiberet, sed sit commissio ad partes ordinatis locutus, ut si per diligentem informationem, &c. dispensent, tunc enim matrimonium non habet effectum tanquam à principio, sed tanquam ex nouo cōsensu, post dispensationem interpretando: Ergo partes si tunc nolent de nouo contrahere vel consentire, e-runt liberi, & ita hanc partem prorsus negatiua tueri ac late probat Innoc. Card. & Abb. in d. in d. super eo, Syluest. in Summa. verb. matrimonium. 3. q. 9. Henric. in c. fin. de cond. appost. col. 2. Aret. in consil. 142. col. 1. Idē Aret. dicens hanc opin. communem in d. §. constat, nu. 11. in versio. & ad materiam nostrā quam interpretatur simul cum l. cum seruis, eiusdem tituli, & cum referens communem testatur Villalob. in suis cōmuni. opinio. lit. M. nu. 67. & additio. Dec. in l. ea quararum. 4. ff. de reg. iur. & est cōmuni opinio Doctorū in d. c. super eo. secundum Adrian. ubi supra in 4. q. 10. de matrim. versio. ad oppositum, fol. 411. col. 1. Communem etiam testatur, plures in idem citans, Loazes in tit. de matrim. in 2. dub. in princip. Eandem sententiam communem esse testatur (etsi fateatur rem esse ancipitem & vtrinq; ambiguum) licetque non necessariam, multo tamen probabiliorē existimat eam late probans Dom. à Soto in 4. sent. dist. 29. q. 2. art. 1. in versio. quod autem maiorem afferit ambiguitatem, resoluens, ut non modo ante dispensationem obtentam (de quo nulla est ambiguitas) verum & post, utque possit à pacto illo recedere: Nec vero id tantum de cōsensu alterius, quia & id certissimū est, sed altero etiā inuito & reclamante: Imo quāvis contractus ille iuratus sit, si hæc nostra cōmuni sententia vera est, ut inquit ille, iuramentum non ligat neque dispensatione indiget, quia super illicitam materiam latum est. Hanc etiam partem intrepide tueri ac defendit Victor. in sua Summa de spons. quæst. 960. ubi idē existimat, etiam si iuratus esset contractus, quia iurando peccatur, quia est contra bonos mores. Eandem sententiam optime plures allegans & commun. profertens probat sine dubio Tellez Fernand. in l. 22. Tauri, nu. 18. Mihi autem minime ex supracitatis scriptoribus + neutra pars ex superioribus indistincte placet, sed potius quædam media inter eas, nempe ut præd. contractus, etiam per verba de præfatis celebratus, sub conditione tamen; si Papa dispensauerit, quamuis iam post Sac. Conc. Trid. minime hoc modo contrahatur, dico de præfatis) etiā Papa dispensante eademque perseverante cōmuni voluntate, minime quidem matrimonium de præfatis efficiatur

tur ex fundamentis supra pro secunda opinione adductis, quæ in hunc sensum recte concludunt atq; astringunt: quod in dubium hodie existimo, stante decreto de reform. matrim. Sacri Conc. Trid. sess. 24. c. 1. ubi cautur præfate coram parochis vel alio sacerdote de ipsius ordinarij vel parochi licentia & duob. vel tribus testibus matrimonium esse contrahendum: aliter autem contrahentes inhabiles ad sic contrahendum reddidit S. Synodus & huiusmodi contractus irritos & nullos esse decernit, &c. Quod si coram parochis & testibus huiusmodi matrimonij de præfatis contraheretur inter consanguineos vel affines infra quartū gradum sine dispensatione Summi Pontificis, sub conditione tamen, si ipse dispensauerit, adhuc nullus erit contractus, ut potest, quia iure impeditos Canonicè celebratur: Quoniam & contrahentes propter contemptum credo hoc casu incursums excommunicationis sententia, de qua in d. Clem. 1. de consensu & affinit. locus ac si per verba de futuro contraxissent, quo casu ipsam non incurrent ut Adr. in 4. q. 10. recte existimauit, ubi quod non peccant sic contrahendo: Ergo si non peccant, nullam incurunt excommunicationem, & parochus & testes fuerint puniendi essent, eo quod matrimonio prohibito interfuerunt: valebit tamen nihilominus contractus huiusmodi & licitus erit (præcipue si in futurū tēpus confectur) ut sponsalia de futuro, non obstante, quod si pure fieret sine conditione; Si Papa dispensauerit esset nullus ex eoq; nulla obligatio oriretur: Nam ex quo adicitur præfata conditio atq; contractus ad licitum tempus confectur, verus existimo, valet, ex eoque obligationem oriri ad promissionem implendam, iuramento etiam non interueniente sed præcipue ipso addito, ex fundamentis supra pro priori parte adductis, quæ quidem in hunc sensum sumpta satis concludunt atque vrgent pro hac parte potius quam quæ pro secunda contraria adducta fuere, quibus ex prioribus satisfiit.

Et ita merito hanc partem & mediam sententiam late tueri, ut præ diximus Adrian. in 4. q. 10. de matrim. & Doct. Couar. ubi supra in 4. 2. part. c. 3. in princ. in finalibus. verb. quem refert. & probat. Molina ubi supra d. lib. 2. de primogen. Hispan. c. 13. nu. 20. Et hanc partem sequitur Alfonso à Veracruz in appendice ad specul. consueg. ad illa, quæ dicta sunt de illo, qui sub conditione contrahit in 2. & 4. conclus. pag. 114. 116. & 118. & Ioann. Matieço allegans in rubric. 1. lib. 5. Nouæ Collect. Reg. nu. 65. Quintimo Dominà Soto ubi supra, in versio. hoc tamen, idem concedit, ut ex quadam honestate oriatur inde obligatio sponsaliorum, quando matrimonium illud inter cognatos ob aliquem bonum finem expediens esset, & dum expensæ in expeditione dispensationis amplæ factæ fuissent, præsertim si sponsa se permiserit spe illa deslorari, tamen si non solum talis conubitus peccatum sit grave, verum & oscula & tactus, qui alias inter sponsos de præfatis licentur, quia omnia feruntur super indebitam materiam: id quod in specie probant Veracuz ubi supra, conclusio 2. & 4. pag. 118. etiam si bonum illud, ob quod fieret prædictus contractus, non esset vniuersale, sed perticulare alicuius familie.

18. Obseruandum tamen est, + quod hæc opinio etiam retenta, etsi licitus ac validus sit huiusmodi contractus sponsaliorum, nihilominus tamen ante & post dispensationem impetratam quilibet ex contrahentibus poterit ad libitum penitere, cum nouus cōsensu ad contrahendum sit necessarius post omnimodam expeditionem dispensationis, quo fit, ut si tunc nolent de nouo consentire, essent liberi (quamuis contrarium in hoc nominatim probent Ant. de Butt. Calder. Præposit. & Andr. ubi supra. & etique primæ partis supra citatæ auctores) quoniam prior ille cōsensu reuocatur

bilis fuerit, quia præfatus fuit ab illegitimis, hoc est, impeditis contrahere, & quamuis validus, ut potest, relatus ad tempus habile, nihilominus reuocari potest, ut expresse habet communis opinio supra secundo loco relata n. 16. quam in hoc probamus, quamuis dum habet, validum non esse huiusmodi contractum ac proinde nullam ex eo oriri, etiam in futurum, obligationē supra iure improbauerimus, idque manifeste constat ex Sot. & Tello Ferrand. ubi supra idem expresse cum communis fatentibus, nempe, licitum esse hoc casu penitentiam, tenet præterea Matieñe. ubi supra, dicens, quod quilibet poterit penitere, etiam post obtentam dispensationem: & probatur vltimus, quia in cuiusque voluntate est, uti dicta dispensatione vel non, ut vult Anchar. consil. 239. in fin. & Patil. consil. 52. n. 1. vol. 4. quos refert & sequitur Tellez ubi supra tenebitur tamen penitens hac in specie alteri conuentioni stare volenti refundere expensas ad dispensationem impetrandam factas, arg. d. si pecuniam ff. de cond. causa data &c.

Quod + si replices, Quid proderit, obsecro, esse licitum validumque huiusmodi contractum, si tandem euanescent penitentia vnius ex contrahentibus. Respondebo libenter, quoad effectum nihil interesse, an validus vel nullus sit, quandoquidem potest vtraque pars penitere. Quod si iteti infest, si validus est contractus hic compelli debet contrahens ad fidem præfatum implendam dispensatione expedita ac si impedimento sublato contraxissent, ut habet opinio Anton. de Butt. & sequacium: Nam etsi Concil. Trident. sustulerit matrimonia clandestina, non tamen prohibuisse visum fuit sponsalia de futuro, ut late probauimus in nostro tract. de iuramento confirm. 1. part. c. 51. n. 1. & seg. quia hoc in casu cessant rationes, quibus motum fuit Concilium, ut matrimonia clandestina prohiberet, ut illic docuimus: Ergo sicut contrahens de futuro hodie compellitur ad promissionem implendam, ita etiam in proposito + compellendus videtur consanguineus vel affinis, qui, si Papa dispensauerit, promissit contrahere cum consanguinea vel affine, dispensatione ipsa concessa & habita, cum ut de cōditionis validus hic sit contractus & licitus: Respondeo sane, deficientem esse inter sic promittentes habiles non impeditos, quos tenet adimplere promissum indubium est, & inter inhabiles & à iure impeditos ad consentiendum, qui etsi valide in futurum, deficientem impedimento, contrahere possint, reuocabiliter tamen obligentur propter iuris impedimentum, ut habet communis sententia: idem enim vidimus in impuberibus, aiorib. septennio, qui siue per verba de præfatis matrimonium contrahant, quo casu ius interpretatur, inter eos sponsalia de futuro esse contracta, siue ipsi de futuro expresse contrahant, valet quidem sponsalia, ut in c. 1. §. de desponsatione. pub. l. 6. & nihilominus adueniente ætate potest factus pubes libere à præd. sponsalibus, resiliere atque promissam non adimplere, ut sup. docuimus c. 18. n. 10. Ergo ita in proposito idem dicendum videtur, ut consensu horum consanguineorum vel affinium, de quibus agimus etsi licitus validusque fuerit contrahendi in futurum, si Papa dispensauerit, attamen Papa dispensante poterit quilibet eorum altero inuito penitere, ut est prædictum, quia cōsensu ab eisdem antea præfatis non fuit ita efficax atq; obligatorius, quia præfatus fuit tempore, quo erant iure impediti, proinde nouus cōsensu sublato impedimento necessarius erit, sicut si præfatus fuisset ab omnino liberis & legitimis personis absque vlllo impedimento ad contrahendum, quia licet de præfatis non contraxerint sed de futuro, ac proinde postea nouus cōsensu ad matrimonium de præfatis celebrandum requiratur, ille tamen cōsensu prior de futuro consummatus ac sufficiens fuit, quia nullo de facto

laborabat, sicut laborat in impeditis iuris dispositione sine prohibitione, qui etsi in futurum consentire possint sub conditione illa; Si Papa dispensaverit, adhuc tamen ille consensus non est integer neque consummatus, donec Papa dispenderit & insuper de novo ratificetur, & ideo merito ipso Papa dispensante ante ratificationem erit revocabilis ad nutum & libitum eius, qui illum praestitit. Quod si hoc adhuc tibi non satisfecerit quia ex quo promissio praefata sponsaliorum est valida: Ergo & irrevocabilis: quia etsi consensus praestitus ab huiusmodi impeditis canonice contrahere sit nullus si pure praestetur, tamen sub praed. conditione; Si Papa dispensaverit, legitimus est validus, vt habet prior communis opinio Canonistarum: Ergo irrevocabilis. Respondeo nihilominus licitam esse poenitentiam, vt praediximus secundum receptionem sententiam; Quandoquidem negari non potest, quin minus soliditatis habeat contractus hic; quam inter habiles ad contrahendum absque vlla dispensatione celebratus sub alia conditione licita, illum namque non vique adeo expeditum est, validum esse irrevocabilem ob inhabilitatem personarum, cum super eo articulo sint opinioniones dicitur ac rationes pro & contra militantes, & communis ac verior sit illa, vt poenitentiae locus sit, vt vidimus, & ideo tenenda in iudicando & consulendo: hic autem iure perspicuo validus & irrevocabilis est a principio, quia nullo morbo laborat, ac proinde verificata conditione adimplendum omnino est. Superest modo, vt respondeamus aliquibus rationibus supra adductis, tam proprii, quam pro secunda partibus, quibus non est satisfactum, & huic nostrae tenendae sententiae aliquid obesse videntur.

Et primo non obest primum fundamentum prioris partis, quod habet eum communis opinione Canonistarum, vt matrimonium per verba de praesenti contractum sub alia conditione licita & honesta, adueniente conditione, statim efficiatur matrimonium absque nouo consensu. Haec namque recepta a iuris Canonici interpretibus & sententia vera non est, sed prorsus falsa; & contraria Theologorum verissima & tenenda, imo quod hoc casu, adueniente conditione, non sit matrimonium de praesenti, sed sponsalia de futuro, & ideo nouus consensus de praesenti ad matrimonium requiritur, ex sequentibus fundamentis.

Primo, quia in hac specie a principio non est consensus ad matrimonium sufficiens, quia conditionalis est nec aduentus conditionis sufficit. Nam si antea dissentirent, euentus praefatus conditionis non operatur contractum coniugalem absque nouo consensu, vt ipsi Canonistae fatentur: At si sufficiens esset a principio, nihil obesset, an medio tempore consentiens dissentiret, si conditio postmodum euenerit, vt patet in ceteris contractibus conditionaliter celebratis. Cum igitur dictus consensus ab initio sufficiens, non sit postea conditio eueniente nullus consensus intercedit, quia aduentus conditionis non efficit nouum consensum: Ergo si de nono non adhibeatur, non datur sufficiens ad coniugium.

Secundo, & contra praedictam communem sententiam Canonistarum & pro communis Theologorum contraria adest tex. expressus in dist. c. super eo, de eod. apposit. vbi probat tex. adueniente conditione cogendum esse matrimonium contrahere illum, qui conditionalem consensus praestitit, nempe si pater consentiret: Ergo nondum erat matrimonium contractum eueniente etiam conditione. Praeterea constat ex illo text. consensum de praesenti sub conditione praestitum habere vim promissionis de futuro: non potest ergo transire in matrimonium, nisi consensus de praesenti de nono interueniat: Quamuis igitur sponsalia praedicta co-

ditionalia autem conditionis euentum dici possint de futuro, quoad hunc effectum, vt iure communi attenditur per copulam, vel quid a quipollens censetur a conditione recessum; hodie vero neque quoad hoc, a Trento Concil. Trid. vt deduximus in d. cap. 5. i. de iuram. confirmat. i. par. nu. 12. & sequ. & supra quoque cap. 18. nu. 4. meminimus non tamen quoad alia: ante siquidem iustitiam impedimentum, vt in c. 1. §. si de spons. lib. 6. noc est cogendus promissor contrahere, vt in d. cap. super eo, quae locum haberent, si illa fuissent sponsalia pura de futuro, vt constat. Quibus sit, vt conditio de futuro verbis etiam de praesenti adiecta, non faciat, dum adimpletur, matrimonium sed sponsalia confirmabit: Igitur si alter illorum ad aliud matrimonium transierit, illud erit validum: & ita merito hanc opinionem probauit S. Thom. in 4. sentent. dist. 29. qu. 3. vers. ad 3. & Io. Maior dist. 27. qu. 4. col. 2. & Adrian in 4. sub ut de matrim. in qu. 2. vers. ad discernendum. fol. 397. vbi Paludanum reprehendit, qui tam infirma ratione suum magistrum deseruit. & Theologis desertis ad Canonistas confugit: sed Magistrum sequitur, dicens esse communem sententiam Doctorum Victor. in sua Summa de spons. 9. 260. in vers. sed quid si persona. &c. Eandem latissime tradit Dominus a Soto in 4. dist. 29. qu. 2. art. 1. in 3. conclus. & Doctiss. Conar. vbi supra. nu. 5. & ceteri Theologi communiter in 4. dist. 29. quae hodie proculdubio est seruanda, secundum formam Concilii Tridentini vt testatur Didac. Perez in l. 1. tit. 1. lib. 5. ord. fol. 41.

Quae communis Theologorum sententia & verissima maxime fauet & nostram in praemissa specie, de qua agimus, quamuis sit differentia inter vtrumque casum respectu poenitentiae, in priori siquidem, nempe cum consanguinei vel affines alterve Canonice impediti contrahunt matrimonium sub conditione; Si Papa dispensauerit, etiam si dispenderit, possit quilibet eorum poenitere, vt supra probauimus: in secundo vero, nempe quando habiles ad contrahendum pure, sub conditione alia permessa contrahunt, tunc enim licet adueniente conditione matrimonium de praesenti minime efficiatur sine nouo consensu, vt est praedictum iuxta communem & veriorum Theologorum sententiam, non tamen poterit alter reuocare praedictum consensum, cum sit legitimus & statim obligatorius sub praed. conditione, sed aduentum conditionis expectare renebitur atque postea promissum adimplere, vt supra quoque diximus.

Nec pro communi Canonistarum facti dicit. c. super eo, in verbis supra ponderatis a contrario sensu, ibi habito, &c. nec tex. in d. cap. 1. §. si de spons. in 6. etiam a contrario sensu inductus; Quonian argumentum hoc in iure non procedit, quoties sensus & contrarius esset contra legem vel canonem, secundum Io. Andr. in cap. publicato, in 3. col. de elect. nec etiam, quando ex eo sequeretur correctio iuris, vt late tradit Euerard. in sua centur. legal. loco 4. in 1. & 2. limitatione, sed in proposito est tex. expressus, probans contrarium in d. c. super eod. vt est praedictum. Ergo argumentum a contrario sensu ex aliis verbis ipsius vel etiam ex dict. cap. 1. §. final. de spons. in 6. vel aliis iuris non est sumendum in contrarium.

Nec differentia, quam supra retulimus ex Emanuele Costa d. lib. 1. Select. cap. 8. num. 14. quicquam facit in proposito, quia in vtroque casu, nempe cum testator in proposito, vt successor maioratus a se fundari vel heres a se institutus ita demum succedat in maioratu vel hereditate, si matrimonium contraxerit cum consanguinea propria vel affini, non adiecta conditione; Si Papa dispensauerit, quo casu non valere dispositionem affirmat Costa vbi supra, huc ea expresse adiecta, quo casu valet secundum

secundum ipsum, non agitur de matrimonio de praesenti inducendo nec de promissione vel contractu ipsius vel sponsaliorum de futuro inter contrahere debentes, sed tantum de legato quodam vel hereditate relicta sub ea conditione, vt matrimonium cum consanguinea vel affine contrahatur, quod diuersum est a nostra quaestione: praterquam quod & in illo casu contrarium aduersus Costam rectius probauerit Doct. Molina vbi supra, d. lib. 2. c. 13. num. 7. & in adnotatio. num. 11. Imo quod nulla etiam mentione facta dispensationis ipsa conditio tacite insit, vt petenda sit prius dispensatio atque obtinenda ad hoc, vt dispositio testatoris sustineatur hoc casu, sicut quando id exprimitur ab eodem.

Quo fit, vt quatuor in matrimonio de praesenti de facto pure contracto inter consanguineos vel affines infra quartum gradum absque conditione illa; Si Papa dispensauerit, non possit ea intelligi tacite, cum de facto contrahant absque ea ac proinde incurrant excommunicationem, de qua in dict. Clementin. 1. de consang. & affini. Attamen in sponsalibus de futuro inter eodem contractis absque praedicta conditione; Si Papa dispensauerit, forte inesse poterit atque appolita censeri debet praed. conditio, vt actus potius valeat quam pereat, cum absque ea sit nullus: Hinc est, vt sponsalibus de futuro, illa & excommunicatione minime incurrantur, cum sit poena appolita consanguineis vel affinibus de praesenti contrahentibus, ergo extendi non debet ad alios casus. Et in terminis ita tenet gl. in d. Clem. 1. verbo, contrahere, quem ibi sequuntur Doct. & est communiter approbata secundum Ripam in tit. de peste in rub. de remedis ad conferu. orb. num. 65. & Nauar. in Manual. Latino c. 22. nu. 43.

Vltimo non obstat tertium argum. adductum supra pro communi, nempe, quod si pure contraheretur inter huiusmodi impeditos, implicite tamen intelligeretur ac inesse conditio ipsa; Si Papa dispensauerit, & nihilominus ipsa non adiecta, contractus matrimonij non valet, &c. Nam respondeo, in matrimonio de praesenti pure contracto inter impeditos, nullo modo posse eam conditionem intelligi, cum de facto absque dispensatione celebraretur, ac proinde non valebit; At in sponsalibus de futuro inter eodem contractis forsitan intelligi debet, vt actus meliori modo, quo posset, sustineretur in hunc sensum, vt impetrata dispensatione sit validus reuocabilitate ac si expresse adiceretur praefata conditio, non vero ex hoc in aliquo laeditur nostra media sententia, quam tuetur.

Cetera fundamenta vtriusque partis, nempe affirmatiue & negatiue, nostrae nihil obsunt, imo profunt, vt ex eisdem liquet, quapropter ipsa est tenenda ac secundum eam vidi iudicari, nempe, vt impetrata dispensatione, poenitentiae locus esset, quod communis supra dicta affirmat.

SUMMARIUM.

- 1 Impedimentum, quod propter affinitatem ex illicita copula contrahitur, hodie per sanctum Concilium Tridentinum, ad primum, & secundum gradum restrictum est, in vltioribus vero gradibus, nec impedit nec dirimit, vt Pius V. suo motu proprio declarauit, vt in num. 2.
- 2 Incestus punibilis propter affinitatem, an hodie committatur ex illicita copula, in tertio & quarto gradibus?
- 3 Impedimentum contractum ex illicita copula in tertio, & quarto gradu affinitatis, ante confirmationem Concilij Tridentini est hodie dispensatum Morn. proprio Pij Quinti.
- 4 Coniux committens scienter incestum cum consanguinea uxoris suae infra quartum gradum, secundum

antiquum duplici poena punitur; primo, quia non potest petere debitum ab uxore sua: secundo, quod ipsa mortua, non potest cum alia quacunque contrahere sine dispensatione.

- 6 Ob incestum cum affine commissum licite denegatur coniugale debitum, si forte petatur.
- 7 Committens incestum, si sit inuenis, non ex hoc ei licebit debitum coniugale exigere vel uxore mortua, cum alia de nouo contrahere absque dispensatione, quamuis inuenis iusta causa sit eam impetrandi.
- 8 Impedimentum, si incestus occulturn sit, an aliquod sit cum alia legitima contrahendi.
- 9 Coniux si propter incestum a se commissum cum consanguinea uxoris suae, non possit ab ea debitum exigere, poterit amen eidem nonnunquam infirmare, se esse paratum ad illum usum.
- 10 Episcopus potest dispensare cum incestuoso, vt contrahat cum illa muliere, quae sibi ratione in eum affinis facta non est, & ita se habet conueniundo, vt in nu. 12.
- 11 Episcopus potest contra Canonem Pape aut Concilij pure poenitentem dispensare, quando ei specialiter hoc non prohibetur.
- 12 Inuenis incestuosus, qui est in ea aetate, quae de iure de eius continentia timetur, poterit absque dispensatione, cum legitima alia uxore contrahere, & ab ea debitum petere, quae sibi per incestum affinis effecta non est, & inuenis in proposito dicitur, qui saecularem aetatis suae annum non attingit.
- 14 Quilibet incestuosus idem facere poterit, ubi non est constitutum, petere dispensationem, vt hic, quamuis secutum, sit, cum postulare ab Episcopo secrete per tertiam personam.
- 15 Episcopus an possit dispensare cum incestuoso, ad exigendum debitum ab uxore sua, & nu. 20. & quid si incestus sit sceleratissimus, & culpa commissus cum sorore uxoris aut cum fornic. ? nu. 16.
- 17 Episcopus an possit dispensare cum contrahente matrimonium contra votum simplex ad exigendum debitum.
- 18 Episcopus licet regulariter non possit concedere statuta qui dispensare contra Canones, falli tamen ex causa euidenti & necessaria.
- 19 Multa ex causa necessitatis fieri possunt, quae alius non licent.
- 21 Dispensatio non est vlla hodie necessaria incestuoso cum consanguinea uxoris suae, vltra primum & secundum gradum, ad petendum debitum ab uxore sua.

CAPVT XXIII

De impedimento affinitatis ex illicita copula proueniente, & quis dispenseat ad petendum debitum.

SANDA & Synodus Tridentina, iustis & grauissimis causis adducta, impedimentum, quod propter affinitatem ex fornicatione contractum inducitur, & matrimonium postea factum dirimit, ad eos tantum, qui in primo, & secundo gradu coniunguntur, restrictit: in vltioribus vero gradibus statuit huiusmodi affinitatem matrimonium postea contractum non dirimere, vt caueatur Sessio 24. cap. 4. de reformatione matrimonij. Sed quia a pluribus Christi fidelibus fuit dubitatum, an, licet in vltioribus gradibus huiusmodi matrimonium contractum non dirimatur, adhuc tamen iuxta antiquos Canones contrahi prohiberetur, felicis recordationis Pius Quintus Pontifex Maximus, sub Bulla Romae lata anno 1566. IV. Calendas Decembris, omnem ambiguitatem tollere & animarum tranquillitati ac matrimonij libertati quantum cum Deo posset, consulere volens, declarauit & Apostolica auctoritate decreuit, nullum hodie impedimentum

mentum remanere : quo minus in vltioribus gradibus huiusmodi libere & licite matrimonium contrahi possit, & ita ab omnibus iudicari debere mandauit atque statuit, vt ad licitam in præfata Bulla cauetur, quauis non viso præd. motu proprio contrarium existimauerit Nauar. in *Manuali Lit. cap. 22. n. 42.* nempe peccare contrahentes sine dispensatione in tertio & quarto gradu affinitatis, ex illicita copula contractæ, quia Concilium *ubi sup.* non ait, non impediti, sed non dirimi: & à veteri lege non discedimus, nisi quatenus per nouam exprimitur. *Præcipimus, C. de appell. hoc tamen hodie non procedit, stante dict. Bulla Pij V. vt postea aduertit idem Nauar. in additione marginaria ibidem postea.*

3 Dubitari tamen vidi circa d. conciliarem constitutionem atq; Bullam Summi Pontificis; An in vltioribus gradibus præter primum & secundum, ex copula illicita incestus punibilis committeretur: Concilium enim solum agit de tollendo impedimento affinitatis, quod antea secundum Canones ex copula illicita, in prædictis tertio & quarto gradibus ad hoc, vt in huiusmodi affinitas in illis matrimonium postea contrahendum non dirimeret; Quinimo nec impedit contrahendum, vt in prædicta Bulla Pij V. Non vero loquitur quoad reliqua, nempe respectu incestus penarumque ipsius: Quare cum hoc non muretur, incoerendum manere videtur, arg. *l. f. incimus, C. de testam. & l. præcipimus cum simit. C. de appellat.* Nihilominus contrarium verius existimamus, quoniam si affinitas in vltioribus gradibus prædictis expressè sublata est à Concilio & Summo Pontifice, vt ipsa non obstant matrimonium possit contrahi libere, virtualiter etiam tollitur incestus, cum hic stare aut committi minime possit absq; illis: quod & secundo ad oculum ostendit. Iure antiquo etiam ultra quartum gradum consanguinitatis & affinitatis, vsq; ad sextum erant prohibita nuptiæ, hodie vero prohibitio, iustis de causis quartum gradum non excedit, vt in *cap. non debet, ibi; Prohibemus quoque copula coniugalis quartum consanguinitatis & affinitatis gradum de cetero non excedat de consang. & affn. l. 4. tit. 1. par. 4. vers. la segunda, & l. 1. 2. tit. 2. par. 4.* nullus tamen audebit dicere, cum consanguineo vel affine in quarto aut vltiori gradu committi per copulam illicitam incestum punibilem, quamuis peccatum mortale incuratur, quia cum sublata sit consanguinitas, & affinitas per d. *cap. non debet*, ultra quartum gradum, quoad matrimonia, consequitur manifestissime, deficiente iam consanguinitate vel affinitate in vltioribus gradibus, nullo modo incestum committi posse in illis: Itaque consanguinitas & affinitas, quæ impedit matrimonia contrahi, est, quæ etiam per copulam illicitam indicat incestum: cum vero in tertio & quarto gradibus, iam affinitas proveniens ex copula illicita sit sublata, vt videmus, non potest dici committi incestum in præd. vltioribus gradibus, quod insinuauit strenuissime F. Bar. à Medina in sua *instrucl. de cõfessores, en la declaracion del sexto mandamiento, §. 18. in vers. la segunda*, vt inquit Alfonso à Veracrucce in *append. ad impedimenta affinit. circa fin. prædictos gradus ablatos à Concilio, sic le motos esse, vt petinde sit, ac si non fuissent olim.* * Et post hæc scripta præd. meam opinionem longe probabilior em esse, testatur Petrus de Ledesma *nu. 9. pag. 420. vers. circa eand. in addit. ad tertiam partem, q. 5. art. 3.*

4 Præterea, + impedimentum contractum ex illicita copula in prædictis vltioribus gradibus, ante confirmationem Conc. Trid. est hodie dispensatum per eundem Pium V. vt patet ex eius declaratione inter ipsius motus proprios posita, anno eodem 1566. facta.

5 Sed quid tunc dicendum, si coniux sciens committat incestum cum consanguinea vxoris sue intra quartum gradum secundum ius antiquum? Et profecto duplici pœna

punitur quoad futurum. Primo, si non potest petere debitum ab vxore sua, quam iam habet sub mortali peccato, quia per incestum viri sibi affinis facta est, quauis illi innocenti exigenti reddere teneatur, vt potest eadem nocere aut ius suum auferre non debet crimine alterius. Secundo, quia ipsa vxore mortua, non potest cum alia quacunque contrahere abque dispensatione, de qua *infra*; quod si contrahat, tenet matrimonium, quamuis mortaliter peccat, vt in *c. v. & c. 1. veniens & in c. transmissa, & in c. discretionem, in cap. ius fraternitatis & alibi, de eo qui cognouit confan. vxor. sua. & in c. qui dormierit, & in cap. non cubisti, in cap. si quis viduam, & in ea, si quis nouerit, 32. q. 7.* Estque verissimum atque sine dubio, & apud omnes constitutissimum, idem tenentes è conuerso respectu alterius coniugis.

Quare + ob incestum cum affine commissum licite denegatur coniugale debitum, si forte petatur, vt in *d. cap. 1. & in dict. cap. transmissa*. Quod procedit, etiam si is, qui denegat, sciens incestum ab altero commissum, iam semel eidem debitum coniugale reddiderit, secundum Anto. de Burr. Cardin. & Abb. in *dict. cap. transmissa, post antiquiores ibidem*. Quinimo, etiam si committens incestum sit iuuenis, + non ex hoc ei licet debitum coniugale exigere, vel vxore mortua, cum alia de nouo contrahere abque dispensatione, quamuis iuuenis iusta causa sit eam impetrandi: gl. communiter recepta in *cap. 2. verbo, ex dispensatione, de eo qui cognouit consang. vxor. sua, Syluest. verb. matrimonium, 7. in vltimo impedimento, nu. 6. & verb. luxuria, vers. quantum, Regia l. 1. tit. 2. part. 4. tradit Didacus Couar. in *d. de spons. 2. part. cap. 7. §. nu. 5.* aduersus glossam in *cap. in adolescentia, 3. quest. 2. & ita est tenendum, quamuis Alfonso à Veracrucce in suo *Specul. coniug. 3. part. art. 17. circa fin. exilimiet*, quod si huiusmodi incestuosus perat debitum secluso contemptu abque dispensatione, non videtur peccatum mortale: sed ultra supra dictos contrarium cum communi probauit Abulen. *super. Mattheo 5. quest. 200.* & Alfonso à Castro de *potestat. leg. par. libro 2. cap. 5. in vers. scilicet, verum, Ioan. Andr. ibi, in cap. transmissa, c. 6.* & Viguerius relati à Veracrucce *ubi supra*.**

Si autem + incestus occultus sit & de ipso non constet, nullum erit impedimentum cum alia legitime contrahendi. Solet in hoc citari Abb. in *cap. literis, de presumptionibus*, eamque sententiam cum ipso probauit Dominicus à Soto in *4. senten. distinctio. 37. questio. unica, artic. 1. in vers. circa hoc autem omnes, & Antonianus à Cordub. libro 1. questionar. quest. 1. 2. in vers. sed verum. Ego vero in primis admetto, hoc impoñitum esse Abbatum, non enim video, etsi totum cum *ibi* perlegerim, quod hoc dixerit saltem præcipue & aperte, sed verbis subobscuris: Nam in *n. 21. id solum*, quoad rem attinet videtur, præfari, nempe, Ex hoc text. nota, quod incestuosa priuatur spe contrahendi matrimonium, etiam si actum fuerit ciuilitate: & nota hoc vltimum, videtur enim, quod ipsa sit ipso iure pœna delicti, qualitercunque de eo constat: *q. cum, hic, & in cap. si quis sponsam, 26. quest. 2.* quasi velit dicere, esse necessarium qualitercunque de crimine constare, vt incestuosus in præfatum incidat pœnam. Hoc tamen non aperit & ideo immerito ad præfatum allegatur sententiam: tum præterea, etiam si id diceret, expresse falsum meo iudicio esset. Primo, quia nos agimus in foro conscientie, & respectu peccati, in quo veritari est standum. Secundo, quoniam iuxta illud decisio *dict. cap. transmissa, cum simit.* nunquam aut rarissime suum sortiretur effectum, quia peccatum illud talis est conditionis, vt raro contingat esse notorium vel saltem crebris oculis committi, & ita merito prædictam septentiam improbatur Alfonso à Castro *ubi supra*.*

Obfer

9 Obscrnamus + tamen est in proposito, quod si vir hoc crimen commiserit & femina sit innocens, quia mulieres raro præ verecundia exigere consueverunt, grauem esse vxori virum nunquam exigere, ideo licet viri nonnunquam insinuare se vxori & offerre se ad illum vsum: Nam genus illud petendi, quodammodo est reddere, vt aduertit Soto in *distinctio. 37. quest. unica, artic. 2. in vers. debet autem, & ibidem etiam limitat superiorem, quando incestus per ignorantiam inuincibilem facti, hoc est, consanguinitatis, est commissus, vel quando femina inuita & per vim fuit ab alio cognita, quia his duobus casibus incestuosus, quamquam affinitatem contrahat cum suo coniuge, non tamen cæsetur iure petendi priuati: superest nunc scire, vtrum Episcopus possit dispensare cum quocunque incestuoso, vt contrahat + cum alia legitima vxore & vt debitum petere possit: Et sane si quærimus respectu illius vxoris, quæ ratione incestus ipsi affinis effecta non est, proculdubio res est, id posse Episcopum. Primo per *text. in cap. ab isto die, 35. q. 6.* Secundo, + quia Episcopus potest contra Canonem Papæ aut Concilij pure pœnalem dispensare, quando ei specialiter hoc non prohibetur, secundum communem doctrinam, quam refert Syluest. *verbo, dispensatio, q. 9. & Summa Angel. cod. tit. 5. §. 5. Cordub. ubi sup. in vers. quorum primum est. Tertio, quia sic est consuetudo legitime præscripta, vt refert + tenet Syluest. *ubi sup.* & Caietanus in sua *Summa, verb. matrimonium impedimentum, c. 2. & Soto in d. distinctio. 37. questione unica, artic. 1. & 2.* & Nauar. in *Manuali Latin. cap. 22. n. 74. 75. & 86.* & Veracrucce in *Specul. coniug. 1. par. art. 23.* Couaruias *ubi supra, cap. 7. n. 6.* & in hoc omnes fere Doctores concordant secundum Cordubam *ubi supra*, quod in terminis probauit ante ipsum Florent. *3. part. sua Summa, tit. 1. cap. 16. §. 4. & Palud. in 4. senten. dist. 34. quest. 1. art. 2.* Eandem distinctionem Abb. in *dicto cap. 1.* sequitur, & probat affirmas communem ex eodem Abb. in *dict. cap. transmissa* Syluest. in *verb. luxuria, nu. 4. vers. quantum, & in verb. matrimonium, §. quest. & nu. 15. in vers. sed ille, per quem, & c. idem in verb. debitum coniugale, quest. 9. nu. 11. in fin. ubi hoc intelligit, loquens in incestuoso cum consanguinea vxoris, hoc est, iam cognita: quando non adest possibilitas adendum Romanam, quia non debent animæ remanere in laqueis ita facili, nec hoc intendit Ecclesia: idem probauit Caietanus *ubi supra*, & citra dubium Soto *dict. art. 1. in vers. circa hoc non tenetur, & c. latus in artic. 2. vers. dubium autem, ubi credit, certo Episcopum posse, imo & debere dispensare, quamuis crimen ante consummatum matrimonium post ratum intercesserit, saltem si ad Romam non pateret incestuoso facilis aditus aut propter eius paupertatem aut infirmitatem aut propter viæ longitudinē aut ob alia quæcunque impedimenta, in quibus nullum obiceret scrupulum, quamuis non essent tam manifesta, quia fortasse sine istis impedimentis etiam posset, cum in huiusmodi dispensationibus potestatem habeat Episcopus ordinariam, nisi per Papam fuerit cohibitus, & in his non videtur cohibitus: & tandem inquit, opinio est communis, vt Palud. in *illa distinctio. & Syluest. ubi supra*. Idem simpliciter sequitur *Specul. coniug. in 1. par. art. 50. in concl. 5. & in 3. par. 17. circa fin. Itaq; vt ex supra dictis patet, communis resolutio Doctorum est in hoc art. vt Episcopus ex causa iuuentutis vel similibus supra dictis, possit dispensare cum incestuoso cum consanguinea vxoris suæ, facillimeque si incestus commissus fuerit cum consanguinea sponse nondum cognita (quamuis hoc difficultius innuat esse Soto, *ubi supra*, secundo loco allegatus) vt debitum possit exigere ab vxore vel sponse suæ: Attamen quando incestus est seclerissimus, + vt cum sorore vxoris commissus, & potissimum si est cum socro, cum multo maiori difficultate & à certima iniuncta pœnitentia dispensandum est, & si possibilis est accessus ad*****

cap. 1. de eo qui cognouit consang. vxoris sue, nu. 4. tenet, quod + si crimen incestus commissus est verum crimen incestus (vtpote, quia commissum fuit cum consanguinea vxoris) Episcopus non potest dispensare, nisi ratione iuuentutis, quo casu potest dispensare, vt in *cap. si duo, in fin. 35. q. 6.* si vero non est proprie crimen incestus, vtpote, quia commissum fuit cum consanguinea sponse (intellige nondum cognita) Episcopus potest dispensare, etiam citra iuuentutem, vt in *c. veniens, in princip. eodem tit. ubi ibidem Abb. nu. 4.* rationem differentie assignat: & quod Episcopus possit in proposito dispensare cum causa (intellige in primo membro Abbatis in *dicto cap. 1.* nempe, quando commissus fuit incestus cum consanguinea vxoris cognita) nam si cum consanguinea sponse nondum cognita, sine causa poterit Episcopus dispensare secundo Abbate *ubi supra* tenet idem Abb. immens esse commune in *d. cap. transmissa, nu. 6.* quia si Ecclesia dispensat, vt possit contrahere de nouo huiusmodi incestuosus, vt in *dicto cap. 1.* à fortiori potest dispensare, vt possit contractum possit exigere. Eandem sententiam probauit Beatus Anton. Archiepiscopus Florentinus in *3. parte sue Summe, tit. 1. c. 11. col. 2.* dicens, incestuosum iuuenem, sponsum tamen de præfenti, ante consummatum cum sponsa matrimonium ad alterum ex duobus teneri, vt vel impetret dispensationem ab Episcopo, saltem ad exigendum, vel religionem proficatur, ne cogatur cohabitare cum vxore, imminente periculo animæ propter exactionem debiti coniugalis, nec alias erit immunitas à peccato mortali: Ex quo apparet, posse Episcopum in hoc dispensare: quod etiam tenuit idem Florent. in *dicto 3. part. tit. 1. cap. 16. §. 4. & Palud. in 4. senten. dist. 34. quest. 1. art. 2.* Eandem distinctionem Abb. in *dicto cap. 1.* sequitur, & probat affirmas communem ex eodem Abb. in *dict. cap. transmissa* Syluest. in *verb. luxuria, nu. 4. vers. quantum, & in verb. matrimonium, §. quest. & nu. 15. in vers. sed ille, per quem, & c. idem in verb. debitum coniugale, quest. 9. nu. 11. in fin. ubi hoc intelligit, loquens in incestuoso cum consanguinea vxoris, hoc est, iam cognita: quando non adest possibilitas adendum Romanam, quia non debent animæ remanere in laqueis ita facili, nec hoc intendit Ecclesia: idem probauit Caietanus *ubi supra*, & citra dubium Soto *dict. art. 1. in vers. circa hoc non tenetur, & c. latus in artic. 2. vers. dubium autem, ubi credit, certo Episcopum posse, imo & debere dispensare, quamuis crimen ante consummatum matrimonium post ratum intercesserit, saltem si ad Romam non pateret incestuoso facilis aditus aut propter eius paupertatem aut infirmitatem aut propter viæ longitudinē aut ob alia quæcunque impedimenta, in quibus nullum obiceret scrupulum, quamuis non essent tam manifesta, quia fortasse sine istis impedimentis etiam posset, cum in huiusmodi dispensationibus potestatem habeat Episcopus ordinariam, nisi per Papam fuerit cohibitus, & in his non videtur cohibitus: & tandem inquit, opinio est communis, vt Palud. in *illa distinctio. & Syluest. ubi supra*. Idem simpliciter sequitur *Specul. coniug. in 1. par. art. 50. in concl. 5. & in 3. par. 17. circa fin. Itaq; vt ex supra dictis patet, communis resolutio Doctorum est in hoc art. vt Episcopus ex causa iuuentutis vel similibus supra dictis, possit dispensare cum incestuoso cum consanguinea vxoris suæ, facillimeque si incestus commissus fuerit cum consanguinea sponse nondum cognita (quamuis hoc difficultius innuat esse Soto, *ubi supra*, secundo loco allegatus) vt debitum possit exigere ab vxore vel sponse suæ: Attamen quando incestus est seclerissimus, + vt cum sorore vxoris commissus, & potissimum si est cum socro, cum multo maiori difficultate & à certima iniuncta pœnitentia dispensandum est, & si possibilis est accessus ad***

L 2 Papam